LLA
MEDICINA
A
A

G.
P-3
3

UNIVERSITÀ DI ROMA
DI
STORIA DELLA MEDICINA
BIBLIOTECA
COLLOCAZIONE: G P, 3/3
N° DI INVENTARIO 1794

D. STEPHANI RODERICI

CASTRENSIS LVSITANI

Medici, & Philoſophi ſubtiliſſimi olim Sereniſs. Magni Ætruriæ Ducis

Sanitatis Conſiliarij, & in Piſano Gymnaſio Medicinam ſupraordinario loco docentis.

POSTHVMA DE EPILEPSIA DISCEPTATIO.

FLORENTIÆ.

Typis Amatoris Maſſæ; & Laurentij de Landis. 1640.

SVPERIORVM PERMISSV.

HFN 950

Illuſtriſſimo Viro

RAPHAELI STACCOLO

Inclyti militaris Ordinis S. Stephani, ac Magni Hetruriæ Ducis Optimo, & ſapientiſſimo Auditori.

FRANCISCVS DE CASTRO Stephani filius S. P. D.

SALLVSTII conſtat conſilium ad Cæſarem, Vir Illuſtriſſime, imperia felicitate omnium bonorum perfrui, quamdiu ea ſapientibus, & iuſtis Conſultoribus reguntur. Perbeatam verò vbiq; prædicat fama totam Hetruriam, quam ſummi, atq; optimi Principis ſceptrum moderatur tua nixum

xum

xum ſapientia, atq; vigilantia. Ardua; & multiplicia inſtant tuæ curæ negotia, quorum molibus ipſe ſuccumberet Atlas; tua verò egregia virtus ambages reſoluit, inexplorata pernoſcit, omnia ęquato examine, iuſtitiæ lances apud te perpendunt. At ego tua ſublimi authoritate modò exultans, tuis ſubinde præſtantibus diſciplinis confidens, has Patris mei lucubrationes tuo Illuſtriſſimo nomini dicandas cenſui. Supplex tuam magnanimitatem imploro, vt fauorabili animo hoc meæ in te obſeruantiæ teſtimonium excipias, atq; me tuo dignum reddas obſequio. Quam plurimos ætati tuæ ſoſpites ab omni nefaſto die annos auguror, & exopto.

POSTHVMA DE EPILEPSIA DISCEPTATIO.

Variorum nominum, quibus epilepticus affectus ſigniſicatur, ratio. Cap. I.

PLVRA epileptico affectui, quàm reliquis, accommodantur nomina: omnia eius horribilem vim, & deteſtandas incurſiones, ſignificantia. Inprimis dicitur epilepſia ἀπὸ τοῦ ἐπιλαμβάνειν, *quaſi ſuperioris partis, hoc eſt, capitis, apprehenſio. Nam quamuis multi alij ſint, nec minores, capitis affe-*

ctus, placuit tamen prioribus, & magnis arte medica viris, hunc peculiariter ſic appellare, forſan, quia aſpectu horribiliora alijs inferunt ſymptomata. Habent reliqui capitis morbi, vnde ſuas denominationes accipiant: exẽ. gra. apoplexia, à verbo ἀποπλήττω, *quod eſt percutio, ſeu attonitum reddo, quoniam ſic affecti, attoniti, & quaſi fulmine percuſſi remanent. Phrenitis, à mente, quam lædit nomen habet,* φρένας *namq́; mens eſt, & alij ſimiliter. Habeat ergo epilepſia ſuam nomenclaturam, à ſupernæ partis offenſione, ſinè qua, vt dicemus, non fit.*

Puerorum morbus dicitur ab Hippocrate de aëre, aquis, & locis: *& puerilis affectus à Galeno* 3. aph. 29. *quia pueris maximè eſt familiaris, immò à Lucretio primus morbus appellatur, quòd primo mox natis accidat: ab Auicenna mater puerorum nuncupatur, eò quod eos, tanquam mater caſtigat, et terret, dicerem potiùs nouercam, quia illos nouerca-*

uercali odio inſequitur. Hoc tamen rarò alijs animalibus accidit, homini frequenter, quod animaduertens Ariſtotels, redditurus rationem, cur inter animantes, homini potiſſimum oculi deprauentur, An quoniam (inquit) homo, vel ſolus, vel maximè, morbo capitur comitiali, in puerili ætate?

Cur verò maximé pueris familiaris ſit hic morbus, non eſt vna ſimplex ratio. Prima ab habitu puerorum deſumitur, de quo verba faciens Ariſtoteles 7. de hiſtor. animal. cap. 12. *dixit, pueros benè nutritos, & obæſos, maximè conuulſionibus tentari. Secunda ab humido temperamento, in quo viſcidus humor gignitur, cum verò tale eſt temperamentum totius, multo magis erit & cerebri. Tertia à voracitate: neq; enim in ſugendo lac, aut cibos aſſumendo ſeruare ſciunt modum. Quarta à facultatis expultricis robore, quo excedunt ſenes, quare ſenibus rarò accidit hoc malum, & ſi accidat, citò ad apoplexiam vertitur*

titur. Quinta à neruorum imbecillitate, propter quam recta crura ſuſtinere nequeunt.

Puerilem ætatem intellige à primò exortu (immo antea: nam Author libelli de morbo ſacro *hunc, affectum incipere, ait, fætu adhuc in vtero exiſtente) vſq; ad annum decimumquartum, qui eſt pubertatis annus, paulò magis, minus vé: neq; enim (vt ait Galen.* 3. aph. 27.) vnus eſt omnium certiſſimus terminus pubertatis, propter caliditatem, & frigiditatem temperaturæ. *Porrò mutatione à pueritia in hanc ætatem, epilepſiam ſanari abſq; alia artis ope author eſt Hippocrates* 2. aph. 7. *quod ſi vigeſimumquintum annum, in quo pubertas finitur, epilepſia tranſcendit, commorietur.*

Nec verò aduerſus ea, quæ dicta ſunt facit aph. 45. lib. 2. Quicumq; iuuenes morbo comitiali laborant, mutatione maximè ætatis &c. liberantur. *quibus verbis velle videtur Hippocrates, epilepſiam, quæ*

vltra

vltra pubertatem, nempé in iuuentute ſit, mutatione ætatis, non minus quàm alia, quæ à pueritia incæpit, poſſe ſanari. Non inquam ex his verbis licet argumentum conficere, quãdoquidem malé à Leoniceno, viro alioquin & græci, & latini ſermonis peritiſſimo, ſunt translata, miror etiam Martianum Rotam, & Auguſtinum Gadaldinum, qui in illuſtranda hac translatione laborarunt, & tamen in hoc dormitaſſe, comprehenduntur. Referendæ igitur ſunt plurimis commentatoribus, ſed præcipué Leonartho Fuchſio gratiæ, qui hanc difficultatem explanarunt: nam νέος *non ſolùm iuuenem ſed propriè nouum ſignificat, quis autem puerum nouum eſſe negabit? puerum verò & non iuuenem legi oportere oſtenditur ex duobus Galeni locis: primus habetur* 6. epid. ſect. 1. tex. 5. Puerorum morbi comitiales vna cum pubertate mutationes habent, & alias: *ſecundus ex* 5. aph. 7. quibus morbi comitiales ante puberta-

tem accidunt; commutationem accipiunt, quibus autem anno vigeſimoquinto commoriuntur. *Quis verò eſt qui neſciat, iuuentutem anno vigeſimoquinto incipere, et vſq; ad trigeſimumquintum perdurare? Soluit igitur morbum comitialem iuuentus, quæ ætas calida, & ſicca eſt, & omnino cauſæ huius morbi (vt ſuô loco dicemus) oppoſita: immo & oppoſita etiam ætati, in qua incœpit morbus, hoc eſt, pueritiæ, quę ad decimumquartum annum, in quo incipit pubertas, propagatur. Hóc tamen ita intelligendum eſt, vt non in quolibet anno vſq; ad decimumquartum morbus exortus, mutatione ætatis ſoluatur, ſed ſolummodò is, qui primis quatuor, aut quinq; annis incœpit: meritò enim Hippocrates* 6. epid. *citato, non pueritiam, ſed infantiam dixit, quod Galenus aduersùs Zeuxin, Callimachum, Herophilum, & nonnullos alios empiricos diſputauit, quod doctè admodum aduertit Septalius in ſuo cõmentario in*

rio in libellum Hipp. de aëre, aquis,& locis.

Morbus etiam Herculeus appellatur, ſiue quia, vt inquit Ariſtoteles 30. ſect. prob. 1. *Hercules hoc morbo fuit infeſtatus, ſiue quoniam ex Galeno* 6. epid ſect. 6. com. 7. *hoc nomine ſæuities, & magnitudo morbi, commodè exprimitur, aut etiam quod Herculeæ requiruntur vires ad hoc monſtrum expugnandum.*

Caducus etiam dici ſolet, eo quod cadere facit, conuulſis nanq; totius corporis neruis, et muſculis, tota corporis machina ſtare nequit, ſed abſq; voluntatis imperio ruit, vnde multoties grauiora contingunt mala ex caſu, quàm ex paroxyſmo. Quapropter rectè fuit dictum ab Auicenna prima tertij tract. 5. cap. 8. *in principio, quod in epileptico paroxyſmo prohibetur homo à poſſibilitate erigendi, ſeu ſtandi, & neq; poſſibile eſt homini, vt cum eo remaneat erectio corporis. Ricinus verò ille*

comicus, quem Marcellus Donatus ſe curaſſe ait, ita leuiter vexabatur, vt non adhuc illud malum epilepſia dici mereretur: nam ſingula quaq; vice, non longiore tempore paroxyſmus durabat, quam quò oratio dominicalis, à quouis dici poſſet, quo temporis interuallo præterito, id malum ita ceſſabat, vt ipſe, ac ſi illi nihil contigiſſet, derelinqueretur. Præterea non cadebat, licèt ſic per pilas magnas vento repletas ambulare ſibi videretur, mentis non omnino compos erat, verumtamen imminens malum præſentiebat. Ergo cum malum ita leuiter affligit, non epilepsia, ſed à quibuſdam, ſpaſmus ad non proportionatam materiam, ſeu non proportionatus ad materiam appellatur.

Comitialem morbum dixerunt Veteres, quia cum kalendis Ianuarij magiſtratus creabantur, (ea erant comitia*) non erat vlterius pergendum, & ſic comitia ſoluebantur. Q. Serenus,*

Eſt

Eſt ſubiti ſpecies morbi, cui nomen ab illo
Quod fieri nobis ſuffragia iuſta recuſat,
Sæpè etenim membris atro languore caducis.
Concilium populi, labes horrenda diremit,

Ego, quòd adeò eſſet execrandus hic morbus, ſacrum crediderim fuiſſe appellatum, non aliter quàm à Vergil. 3. Æneid. auri ſacra fames, *id eſt, auaritia execranda; ſic ſacerrimus homo dicitur à Plauto, & Horatio* lib. 2. ſermo. 6. Inteſtabilis & ſacer eſt. *ſacer enim dicebatur ab antiquis, teſte Macrob.* 3. ſaturn. qui diras execrationes peſtis, alteriusvè calamitatis expiandæ gratia, alicui Deorum immolabatur. *Adeò eſt execrandus hic morbus, vt Plauto eum periphraſi appellet morbum, qui ſpuitur: & Plinius ſcribit, morbum hunc deſpui conſuetum: mos enim fuit antiquis, qui adhuc hodierna die viget, vt cum aliquid deteſtandum auditur, in terram ſpuatur. Ideo etiam ſonticus à iuris conſultis nuncupatur, vt refertur in legibus*

12. *tabularum. Alij dicunt ſonticum dici quia nocet, & hoc nomen illi præ cæteris conuenit quoniam terribiliùs nocet. Aretæus* lib. 1. cap. 4. Triſte medius ſidus (ait) eſt, huius inuaſionis ſpectaculum, turpis & eius deſinentia cum ſtercore, & lotio, & ſpontina ventris ſolutione, *addite, & ſpumam oris, & oculorum diſtortione, adeò vt huiuſmodi homines, à dæmone vexari dicantur. Execrandus igitur morbus dicetur per antiphraſim ſacer, quaſi minime ſacer, vt bellum, quia minime bellum, officium, quia minime officit. Multi, multas alias excogitarunt rationes, cur ſacer morbus dicatur, atq; in primis quod ſignificarent aliquam ſubeſſe huic morbo diuinitatem, vnde ſolis expiationibus, & incantamentis curabatur. Vel propter admirationem dixerunt ſacrum, quaſi diuinum: vtramq; rationem author* libelli de morbo ſacro *reprehendit inquiens*, Nulla re videtur mihi alijs diuinior eſſe morbis, neq; ſacra-

ſacratior, verùm naturam habet, quam etiam reliqui morbi: *& poſt pauca, addit,* qui primi hunc morbum, ſacrum eſſe pronuntiauerunt, tales homines mihi fuiſſe videntur, quales etiam nunc ſunt magi, & expiatores, & circulatores, & quidam arrogantes, qui se vehementes pios eſſe ſimulant: *& quæ in hanc ſententiam ſequuntur.*

Sacer etiam hic morbus dici aliјs placet, quia magnus eſt, ſacra enim vocantur, quæ magna, more græcorum, apud quos ieron non modo ſacrum, ſed magnum etiam ſignificat: ſic anchora ſacra, & ſacrum mare, & Tragicus, quem refert Cęlius Aurelianus lib. 1. c. 4 *ſacram appellauit noctem: eodem modo medici magnum os appellant ſacrum. Hinc eſt, quòd Cornel. Celſ.*lib. 3. cap. 23. *comitialis, inquit, vel maior vocatur, & Hippocrat.* 6. epid. ſect. 6. tex. 7. *docens à quartana correptos magno morbo non corripi, pro magno morbo intelligi*

telligi vult morbum comitialem, vt author eſt Galenus, licèt de hoc non admodum liquet: nam 3. epid. 1. *quartanam à magnis morbis liberare ſcriptum reliquit, vbi non epilepſiam ſolam, ſed & alios morbos, plurali numero comprehendit. Mihi ſanè non placet epilepſiam, magnum, aut maiorem morbum antonomaſticè appellari, cum alij ſint & magni, & maiores, vt apoplexia.*

Non caret probabilitate ſacrum dici hunc affectum, quia capitis eſt, caput enim ſacrum animæ templum, & mentis ſedes à Platone appellatur. Hinc *eſt quod Ariſt.* ſec. 33. prob. 9. *ſternutamentum adorari ait, quia inditium eſt bonę valetudinis partis optimæ, atq́. ſacerrimę: idem affirmat Athenęus* lib. 2. de ſomnijs ſophiſtarum, *& idcirco veteres per caput iurare ſolitos, animaduertit. Sed dicetis, multis alijs morbis caput infeſtari, quibus eadem conueniret appellatio. Ita eſt, & iam cum epilepſiæ ethymologiam tractaremus, conceſſimus*

mus, iſta tamen non ſunt ad viuum omninò reſecanda.

Lunaris morbus à nonnullis appellatur, quia magna in hoc morbo lunę potentia eſſę deprehenditur. Nonnullorum opinio eſt, fœtum in interlunio conceptum, aut in lucem editum, hoc morbo tentari, vnde Serenus ait,

Ipſe Deus memorat dubiæ per tempora Lunæ
Conceptum, talis quem ſæpe ruina profudit.

Iam verò paroxyſmos epilepticos, & in nouilunijs, & plenilunijs accidere, experimento ſatis eſt compertum. Cauſam huius rei, ſi ad manifeſtas qualitates reducere volumus, dicemus in nouilunio, ob abſentiam luminis imprimi frigiditatem, in plenilunio ob eiuſdem luminis præſentiam, pituitam diſſolui: lumen enim lunę tale eſt, quale ad diſſoluendum, non ad exſiccandum ſufficit. Plinius lib. 2. cap. 9. *ideò, inquit,* Molliore, & imperfecta vi ſoluere tantùm humorem, atq. augere

etiam

etiam quem Solis radij abſumant.

Si autem ad peculiares mutationes, quas efficit Luna, in ſignis oppoſitis, magis id referre placet, non eſt omninò extra rationem.

Cardanus lunarem morbum non epilepticũ ſed melancholicum, vocat. Verum vtriq. malo, hæc appellatio accomodari poteſt: quoniam vtrumq; ſummopere lunę mutationes in ſuis reuerſionibus ſequitur, & adeò hi morbi inter ſe conueniunt; vt ſæpiſſime vnius ad alterum fiat tranſitus, dicente Hippocrate, lib. 6. epid. ſect. 7. *prope finem.* Melancholici magna ex parte comitiali morbo afficiuntur, & è contra, morbo comitiali laborantes efficiuntur melancholici, atq. horum vtrumlibet magis accidit, prout vel in hanc, vel in illam partem infirmitas repit: ſi enim in corpus, epileptici, ſi in mentem, melancholici redduntur. *Quę verba Galenus* 3. loc. affect. cap. 7. *exponens conſiderat in primis verba illa* magna

ex par-

ex parte: *nam non ſemper epilepſia in melancholiam tranſit, ſed quando ex melancholico humore fit: quando enim ex pituitoſo, tunc tranſit in alios affectus. Deinde quod ait, in corpus malo mutato fieri epilepſiam, in animã melancholiam, ita explicat:* Quum anima ſit aut temperamentum actiuarum qualitatum, aut ab ipſarum temperamento alteretur, bilem, cum cerebro, veluti parti inſtrumentali nocet, ad cerebri corpus conuerti ait, id quod in obſtructionibus fieri conſtat, quum verò temperamentũ mutando, ei vt ſimilari nocet, ad mentem, eam repere dicit. *Hæc Galeni expoſitio, violenta admodum videtur: nam nec anima eſt temperamentum, nec à ſolo temperamento mutatur, ſed & à partium conſtructione & figura, & continuitate.*

Alij, inter quos eſt Mercurialis, quaſi in idem cum Galeno cõuenientes, inquiunt, quòd quando humor occupat cerebri ventriculos, fit

epilepſia, cum verò cerebri corpus, melancho-lia; Ducuntur, arbitror, authoritate Galeni 4. loc. affect. cap. 2. *dicentis*, In ſopore, & morbo comitiali ventres magis, cerebri corpus minus, in apoplexia verò, corpus magis affici ſolet. *Hęc tamen poſitio falſitatem in ſe continet: nam atris vaporibus cerebri ventriculis occupantibus, melancholica accidere ſymptomata, nemo ſanæ mentis dubitabit; Et quæſo, ſi melancholici in potentijs rectricibus errant, et hę in ſinibus cerebri ſuam habent ſedem, cur melancholia diſtinguetur ab epilepſia, ex eo, quòd epilepſia cerebri ſinus, melancholia cerebri corpus occupet? Immò verò contrarium erit magis verum: nam epilepticus paroxyſmus, fit cerebri ſubſtantia se se concutiente, ac proinde in se mali cauſam habente, melancholię verò phantaſmata, ventriculis cerebri nigro vel vapore, vel humore ſcatentibus. Iam verò Galenus citatus, cerebri ventres magis in epilepſia affici, dixit, com-*

para-

paratione facta ad apoplexiam, non autem ad melancholiam, ſed de hoc poſtea cum locum affectum in hoc affectu inquiremus.

Valleſius 5.epid. *ait, malum vergere ad corpus in conuulſionibus, quia ſymptomata corporalia ſunt: ad animam in delirijs, quę ſunt magis animalia. Valleſium refellit Pereda magis œſtro contradicendi, quàm ratione ductus, ſiquidem rationem nullam adhibet.*

Quapropter vera dicti Hippocratici expoſitio talis mihi videtur eſſe. Agit venerandus Senex de ſymptomatibus, hoc eſt, de læſione operationum, quæ in vtroq; accidunt affectu: quare cum cerebrum tum ſenſus, tum motus origo ſit, videntur ſenſationes magis ad animam pertinere, quas melancholicus vitiatas habet, motus verò, qui in epileptico laborant, magis pertinent ad corpus, ac proinde dixit, malo ad corpus inclinante fieri epilepſiam, at verò ad animam, melancholiam.

Eſt tamen non leuis obiectio, quia Galenus

in eo differre ait à tetano epilepſiam, quia in tetano non laborat mens, & ſenſus, in epilepſia verò maximè: quapropter non videtur ſana expoſitio, quam attulimus, nempè in melancholia lædi ſenſum, in epilepſia motum, ſiquidem & motus, & ſenſus in epilepticis læduntur. Reſpondendum, Hippocratem non negaſſe & melancholicis, & epilepticis offenſam eſſe tam mentem, quàm corpus, ſed magis offenſam dici mentem melancholicis, magis corpus epilepticis, quia ſi ad deprauatas actiones attendamus (hæ enim magis nos mouent, quàm diminutæ, vel ablatæ) in epilepſia deprauatur motus, in melancholia verò internus ſenſus.

Nec verò quiſpiam dicat, dari etiam aliquam epilepſiam ablato motu non deprauato, de qua & Auicen. & Cęlius Aurelian. ſermonem fecerunt: nam talis potiùs ecſtaſis, quàm epilepſia dicetur, & potiùs leuis apoplexia, quàm epilepſia habenda eſt.

Tri-

Triplex epilepſiæ inuaſio, & num morbus, an ſymptoma, & vtrùm inter acutos, an chronicos affectus reponatur. cap. 2.

INuadit hic morbus, vel per idiopathiam in cerebro, hoc eſt, proprio illius membri, nec aliunde communicato affectu, vel per ſympathiam, ſeu, quod idem eſt, per conſenſum, nempe quodam quaſi aliarum partium contagio. Si idiopathicus eſt, tunc propriè epilepſia nuncupatur, ſi ſympathicus, vel ab ſtomacho communicatur, vel ab alia quapiam parte: ſi ab ſtomacho analepſia dicitur, ſin aliunde, catalepſia

Quoniam verò non continuè, ſed per redeuntes paroxyſmos aggreditur, exiſtimarunt multi non poſſe idiopathicum eſſe, nam talis

cum ſemper cauſam habeat in cerebro præſentem, ſemper abſq; intermiſſione ſuum producet effectum.

Attamen ſiquis conſiderauerit, quàm multa per ſtatas periodos fiant in corporibus ſublunaribus mutationes abſq; fluxione materiæ ex vno loco in alium, is tenebitur fateri, poſſe humorem in vna, & eadem parte permanentem alterari viciſſim & ſedari, præcipuè ſi corpus ſit lunari influxui obnoxium, qualia ſunt conchylia, & aſtacorum genus omne, quę ad lumen lunæ notabiliter variantur, vt authores ſunt Ariſtotel. 4. de gener. animal. cap. 10. *Plinius* lib. 2. cap. 4. *Aulus Gellius* in ſuis noctib. atticis lib. 20. cap. 7. *Quapropter cum cerebrum huius cenſus ſit, et inter corporis partes maximè lunari ſubiaceat imperio, poterit humor, qui in cerebro continetur, luna augeſcente, inflari, decreſcente autem, detumeſcere. Quòd ſi à poſteriore hoc ſcire ſufficit, epilepticos, & melancholicos,*

quo-

quorum vtriq; (vti diximus) lunares appellantur, lunæ circuitus ſuis circuitibus imitantes videmus: & ita reſponſum volumus ijs, qui per idiopathiam, ſeu per prothopathiam poſſe fieri comitialem morbum negabant, quia per circuitus reddit, intelligendum tamen eſt; hunc idiopathicum affectum ſemper cum materia, nunquam à nuda intemperie debere eſſe.

Sympathicam epilepſiam eſſe admodum frequentem, complures indicant hiſtoriæ: inſtar multarum, erunt illæ à Galeno 3. loc. affect. cap. 7. *commemoratæ, & tantopere in ſchola medica celebratæ de duobus pueris; quorum vnus decimumtertium ætatis agens annum, à tibia, dicebat, diſpoſitionem ipſam initium ſumere: mox illinc recta aſcendere per fæmur, & ſuperpoſita illi ilia, ac per latera ad ceruicem, donec ad caput perueniret: quod cum primum tangeret, ipſum haud quaquam ſibi conſtare. interrogantibus autem me-*

 dicis,

dicis, quale eſſet id, quod ferebatur ad caput, nihil habuit, quod reſponderet. Alius deinde compos mentis (quippe qui ſatis poterat & ſentire, quod fiebat, & alteri narrare) dicebat, veluti frigidam quandam auram eſſe id, quod aſcendebat.

Mirabiles in Mundo contingunt rerum ſympathiæ, de quibus pulchrè admodum Hieronymus Fracaſtorius: ſed quæ fiunt in animalium corporibus, vel ſunt, tranſmiſſa in vnum membrum ab alio, ea re quam tranſmittere non oportebat: vel non tranſmiſſa quam tranſmittere oportet: exemplum primę, cum propter vapores à ventriculo eleuatos, ſuffuſiones in oculis accidunt: exemplum ſecundæ, vt cum obſtructo neruo deperditur ſenſus, aut motus, aut vterq;. Attamen ſympathia in epileptico affectu non eſt primo modo ſumpta: neq; enim cerebrum aliunde aliquid expectat: cuius defectu, epilepticæ fiant conuulſiones, expectat ſanè cerebrum à

corde

corde ſpiritus, qui ſi non accedant, lipo-psychia efficitur, non autem epilepſia. λειποψυχία

Fiunt itaq; epileptici caſus, mandata aliunde ad cerebrum re aliqua nocua, siuè ea ſit qualitas, ſiuè ſubſtantia, de quo dubitare videtur cum præceptore ſuo Pelope Galenus: videndum infra cum de cauſis agemus. Emandatio fit, vel à vicino loco, vel à remoto: à vicino fit cum læſa aliqua ſimilari parte, totum organum nequit agere, vt ſi ob muſculum, aut neruum pedis læſum, totus pes non moueatur. Ex parte remota fit conſenſus, vel per communia vaſa, vt contingit ventriculo, aut vtero cum cerebro, & corde per manifeſtos neruos, & arterias, vel abſq; vaſorum communitate, ſed per occultos meatus, & hoc etiam bifariam accidit: aut quia materia toti corpori, ſaltemuè pluribus eius partibus communicata, ei tamen magis ma-

niſeſtè nocet, quæ à tali noxa magis lædi eſt apta. Sic puer ille ſentiebat quidem per omnes partes ab infernis ad ſuperna auram frigidam aſcendere, ſed prędicta aura cerebro magis, quàm alibi nocere erat apta: eodem etiam modo in hiſtericis affectibus frigidum venenum ſurſum eleuatur, quod tamen in corde, & cerebro manifeſtat se magis, quàm alibi, quia non alibi tantam imprimere poteſt noxam. Aut materia mota, ſubſtantiæ proprietate vni tantùm membro eſt inimica: ſic venenum in animali genitum, de quo Galenus lib 6. cap. 5. de locis affectis, *cor propria naturæ vi laceſſit; alia membra non lędit, ita etiam cantarides, renes, et veſicam vlcerant, alijs partibus penitus illęſis.*

Poteſt omnibus tribus modis ſympathica epilepſia fieri: primo, ob vicinum membrum praua aliqua cauſa imbutum, ſecundo, ob materiam è longinquo eleuatam, quæ toti corpori inimica ſit, nulli tamen magis, quàm cerebro,

ac pro-

et propterea ad cerebrum accedens, facit vt illud ad inimici expulſionem, cum animalis damno ſe excutiat: tertio, cum materia inſenſibilis eſt, & omni alteri membro ſi non familiaris, at ſaltem non inimica, ſoli cerebro infenſa.

Nomina huius mali, & inuadendi modos, quos habet, diximus, quaſi definitioni eius præludia conſtituentes, nec tamen definire aggrediar, ſin prius, num morbum, an ſymptoma definiendum ſit, aperiam: & profectò hanc exactam differentiam inter morbum, cauſam morbi, & ſymptoma antiqui parum curaſſe videntur, quod annotauit Philoteus, inquiens, 1. aphor. 2. Hippocratem veteri conſuetudine intelligere morbi nomine cauſas, accidentia, & morbos. *Cornel. Celſus, & Auicenna, vt ex eorum dictis colligitur, morbum appellari volunt: fauet communis locutio, quandoquidem morbum comitialem, morbum Herculeum, morbum caducum, mor-*

morbum ſacrum dicimus. Attamen à Galeno, qui magis exquiſitè hanc inter morbum, & ſymptoma differntiam tractauit, epilepſia dicitur ſymptoma: libro *namq;* de differ. ſympt.cap 3. *hunc affectum reducit ad ſymptoma in genere læſæ functionis, fateri ſiquidem oportet, animales in hoc ſymptomate actiones eſſe læſas. Ad quem verò morbum ſequatur, cognoſcemus, ſi eius cauſam cognouerimus.*

Sed quoniam affectus eſt præter naturam, quæſitu dignum eſt, num inter acutos, an verò inter chronicos recenſeri debeat: in quo Galenum ſibimet contrarium reperio, nam aliquãdo diuturnum videtur appellare, vt 5. aph. 7 *cum mutationem ętatis expectari iubet, quòd ſi tunc hoc malum non ſoluatur, vſq; ad mortem comitatur, quibus verbis ſuo more ſubſcribit Paulus* lib. 3. cap. 13. *Præterea idem Galenus* 6. aph. 47. *ſic ait:* Morbum comitialem, apoplexiam, melancholiam, & alias huiuſcemodi diuturnas paſſiones,

in

in multis hominibus per euacuationem ſubſtulimus. *Et in* lib. *qui inſcribitur* introductio, ſeu medicus cap. 13. *ante medium*, Longi morbi interioribus accidunt, hi cephalæa, morbus comitialis, vertigines, &c. *&* lib. 1. criſ. cap. 4. *numerat hunc morbum inter eos, qui longi temporis habent principium, nempè articularem, coxendicum, & renum paſſiones*: lib. quos, & quando *iuxta principium*, Comitiales, *inquit*, attonitos, melancholicos, & huius generis alios diuturnos affectus euacuando ſedauimus. lib. de definitionib. med. *ait*, Diuturni, tabes renum, morbus articulorum, aqua inter cutem, marcor, comitialis, & ſimiles.

E' contrariò 5. aph. 30. *epilepſiam inter acutos apertiſſimis verbis collocauit, inquiens*, Sic & ſi abſq. febre aliquis morbus acutus fiat, veluti morbus comitialis, morbus attonitus &c. *Prætereà dum* 5. aph. 70

ait, conuulſionem, quæ in morbo comitiali ſit non eſſe acutiſſimam, videtur ſaltem eam acutam eſſe fateri. Quapropter optimus Galeni interpres Auicenna prim. 4. tract. 1. cap. 4 *agens de cognitione horarum vniuerſalium ęgritudinis, ſic ſcriptum reliquit:* Nam ſpaſmus ſiccus, & epilepſia, & apoplexia, & ſquinantia, ſunt ex acutis valde. *Mercurialis ex hac Auicennę ſerie, delendam eſſe ait epilepſiam, quoniam apud Galenū* 1. aph. 12. *ex quo accepit Auicenna quicquid illic ſcribit, nihil tale legitur. Verum leuis eſt hæc coniectura ad corrigendum contextum, aliàs ſatis receptum, & ab ipſo Galeno non abhorrentem ſaltim in alijs ſuæ doctrinę locis. Alio etiam modo Mercurialis Auicennam exponit, nempè eum loqui de epilepſia puerorum, quæ adeò acuta eſt, vt, ex mente Ariſtotelis, intra ſeptimum diem occidat. Hoc tamen non videtur recipiendum, Auicennæ enim ſermo vniuerſalis eſt. Tertio modo interpretatur*

hunc

hunc locum, inquiens, epilepſiam ante decimũ-quartum diem eſſe morbum acutum, poſtea deponere acuti vim: ſed neq́ Celſus, quem ille citat, tale aliquid docuit, neq́. ſi docuiſſet, doctrinam nobis vtilem doceret. Nam acuties, vt habetur ex Galeno 1. criſ. *attenditur penès principij tempus, quod cum longum eſt, morbus acutus dici non meretur.*

At licèt Auicenna acutum morbum eſſe voluerit, non deſunt magni nominis authores, qui longum conſtituant. Cælius Aurelianus reponit epilepſiam inter tardas ægritudines, Cornel. Celſus lib. 3. cap. 23. *longum eſſe ait hunc morbum vsq́. ad mortis diem, & vitæ non periculoſum. Ratio adſtipulatur, quia Hippocrates* 2.aph. 25. *autumnales quartanas longas vocat, & Galenus in commento ad omnes morbos ſententiam extendit: ſed epilepſia* 3. aph. 22. *inter autumnales ægritudines recenſetur. Præterea morbus acutus habet febrem* 1. de vict. rat. in morb. acut.

tex.

tex. 8. & tex. 18. & 2. aph. 19. *epilepſia non eſt cum febre, propterea neq. acutus.*

Hanc igitur litem nonnulli dirimere conati ſunt, dicentes comitialem morbũ, & longum eſſe, & acutũ. Longum non ſolum ratione materiæ, ex qua plerumq; fit, ſed etiam, quia quibuſdam ab infantia incipit, quos ad vltimum vſq; finem inſequitur. Acutum verò, quoniam acceſſio eius, propria tempora celerrimè percurrit, quoniamq; coniunctam magnitudinem habet, magna inuehendo ſymptomata. Hoc quidem per quàm verum eſt, & Galenus ab hac ſententia non abhorret, quippè 4. de cauſ. pulſ. cap. 21. *ait*: Diuturni morbi, quam orthopnœam appellant, acutæ ſunt acceſſiones, vt morbi comitialis. *Ecce, comparat hos duos morbos inter ſe, quaſi vterq; ſit diuturnus, & acceſſiones habeat acutas. Quod Auicen. interpretatur* decima tert. tract. 1. cap. 38. Et hæc quidem ægrirudo eſt (*loquitur de aſthmate*) ex ægritudi-

tudinibus longis, habens cum hoc paroxyſmos acutos, ſecundùm ſimilitudinē paroxyſmorum epilepſiæ, & ſpaſmi. *Hęc Auicenna. Cœterum cum paroxyſmus ſit pars morbi, non debet morbus ab vna tantùm ſui parte acutus, aut longus denominari, ſed ab ipſius vniuerſa conſtitutione.*

Alij duplicem conſtituunt epilepſiam, vnā longam, alteram acutam, quibus fauere videtur Aretęus Cappadocius, antiquiſſimus author, qui lib. 1. de curat. acut. morb. c. 5. Comitialis, *inquit*, morbi primus caſus pernicioſus eſt, ſi acutè morbus inuadit: nonnunquam enim vno die hominē perdit, periculosæ etiam ſunt per circuitus exacerbationes, vnde factum eſt, vt in acutorum numero morbus poneretur, quòd ſi malo aſſueſcat homo, & morbus tenaciter adhærens occupet, non ſolùm diuturnus, verùm etiam nonnullis perpetuus efficitur. *Hęc Aretęus, quæ licét etiam*

verè

verè ſint prolata, non ſunt ex regulis Logicorum: nam diuiſio epilepſiæ in acutam, & longam, eſt diuiſio ſpeciei in genera, quæ abſurda eſt: epilepſia namq; vna ſpecies morbi eſt, acutum, & longum duo genera.

Maſſaria, acutum per fas, & per nefas morbum eſſe, contendit: nam quamuis adiunctam non habeat febrem, hoc nihil referre ait, datur namq; morbus acutus ſinè febre. Non negamus, dari acutiſſimum morbum, nempè apoplexiam ſinè febre, & Hippocratem, cum dixit, morbum acutum adiunctam habere febrem, intellexiſſe febrem acutorum eſſe continuam: nam intermittens non eſt acuta: tertiana enim exquiſita, licèt velociter moueatur, tamen periculo caret, atq; hoc nomine ab acutis excluditur. Quapropter ratione velocitatis potuit quidem ab Hippocrate conſiderari in lib. prognoſticωn, *in quo de ſolis acutis videtur agere, ſed quia intermittens, & periculi expers eſt, non magis erit acuta, quàm*

eſt

eſt acuta, febris ephemera. Verum enim verò quamuis epilepſiam eſſe acutam non prohibeat febris carentia, brohibet longitudo durationis.

Quid ſtatuendum ſit in hac difficultate, propalare non poſſumus, quin priùs acuti morbi nomẽclaturam examinemus. Quapropter operæpretium eſt meminiße id, quod à Galeno 3. de dieb. decretorijs *eſt inculcatum, nempè morbum, qui celeriter iudicatur non omnem eſſe acutum, ſed talem dici brachichronum, cui opponitur diuturnus. ſeu chronios, aut polychronios. Acuto verò opponi, morbi naturam nullum nomen ſortitam. Eſt enim morbus acutus, ex deſcriptione Archigenis, cum velocitate periculoſus: vt autem Hippocrates* 1. de ratione victus in morbis acutis *definit, acutus morbus eſt, qui coniunctam continuam habet febrem: igitur (concludit Galenus) omnis acutus, exigui temporis morbus eſt, & omnis diuturnus neceſſariò tardus.*

dus. Non tamen ſi breuis temporis, acutus ſtatim eſt, neq; ſi tardus longi temporis: nam non ſola motus velocitas ei adiungitur, verum etiam & morbi natura, etenim febrem ephemeram ex ira, ex labore, ex vini potu, aut ex alia occaſione ortam, licèt breui tempore duret, nemo acutum morbum dicet.

Patet ex dictis duo concurrere ad conſtituendum morbum acutum, ſæuitiem ſcilicet, & motus velocitatem, ſic Galenus 2. de diebus decretor. cap. 12. *Quapropter velocitas ſinè ſæuitie non conſtituit acutum morbum, vti de ephemera febre diximus. Sed nunquid ſęuities ſinè velocitate acutum ſtatuet? Sanè morbus ſæuus, & diuturnus non erit acutus, ſed nec acuto opponetur. Si enim duo requiruntur ad morbum acutum, morbus acuto oppoſitus eiſdem duobus carere debet: cum ergo epilepſia vtroq́. nempè ſæuitie, & velocitate non careat, ſed alterum, hoc eſt, ſæuitiem habeat, non eſt acuto morbo morbus contrarius.*

trarius. Sæuum morbum eſſe epilepſiam multa oſtendunt, partis præſtantia, fortia ſymptomata, & natura cachoetes.

Porrò conſiderata totius morbi conſtitutione licèt velocitate careat, ac proinde ab acutis excludi videatur, tamen quia ſæuitiem habet maximam, ab eis non penitus excluditur. At verò ſingulis paroxyſmis conſideratis, vnuſquiſq; vnus morbus acutus dici debet; Neq; *enim paroxyſmi epileptici ſunt tales, qui non poſſit vnuſquiſq; eorum per ſe vnum morbum efficere, vt non poſſunt quartanarij, tertianarijuè circuitus: nam diuerſa in his atq; in illis eſt ratio.* N*am quartana, & tertiana ob frequentiam, & prolixitatem, acceſſionum, tempus intermedium non habent omninò liberum, & quamquam Galen.* 5. de placit. Hippocratis, & Platonis cap. 2. *tales, in die interualli, eſſe extra morbum, dixerit, corrigenda eſt lectio, dicitur enim eſſe extra pathon, ideſt, extra ſym-*

ptomata acceſſionis. Et ſiquis quærat, quo morbo tunc laborat homo, cum non febricitet, reſpondeo, peccare in temperamento partis mandantis, aut recipientis, aut in temperamento mineræ cum materia. At verò in epilepſia, in arthritide, in morſu à cane rabido, aliter ſe res habet: tales enim cum ſunt extra paroxyſmum, neutri dicuntur, lib. art. med. cap. 23. *ideò conuenit illis ſola præcautio, non curatio.*

Poterit tamen inſtare aliquis dicens, multoties epilepticos paroxyſmos eſſe adeò frequentes, vt ſæpiùs eadem die recurrant: reſpondeo tunc totum tempus, quo frequentes durant paroxyſmi, eſſe tempus vnius duntaxat morbi acuti, neq; enim hoc pacto poteſt homo diutius perdurare. Atq. hæc eſt mea ſententia, nec verò me incidere putet quiſpiam in ſententiam illorum, qui diuidunt epilepſiã in morbum acutum, & longum, neq. enim hanc diuiſionem facio, ſed dico epilepticos

paro-

paroxyſmos eſſe morbos acutos, epilepticam verò ægritudinem totam, eſſe morbum ſaltem non oppoſitum acuto. Neq; verò partes alterius rationis à ſuo toto conſtituo: nam paroxyſmi ſunt ita partes, vt ſimul ſint etiam morbi, vt probauimus; Quod autem vna ſpecies poſſit in diuerſa genera mutari, nihil eſt quod impediat, vt oſtenditur in embrione.

Definitio epilepſiæ examinatur. Cap. III.

D*Eſcribitur comitialis morbus à Galeno* 3. locor. affect. cap. 7. *in hunc modum*. Eſt conuulſio omnium corporis partium non perpetua, vt in emproſthotono, & epiſthotono, atq; tetano, ſed quę ex temporum accidit interuallis: neq; ſolùm hac re, ſed mentis quoq;, ac ſenſuum oblæſione, à iam dictis conuulſionum generibus differt. Vnde conſtat,

in ſupremis corporis partibus hunc affe-ctum generari. *Eadem fere verba repetit* 4. eiuſdem operis libro cap. 2. *niſi quod addit, hunc affectum in paraplegiam non finiri, in quo ſibi ipſi manifeſtò contradicit, qui* 4. de ration. vict. in morb. acut. com. 27. *in toto corpore fieri conuulſiones, ait, ex materia, quæ cum in aliqua ex non præcipuis partibus in pacta fuerit, paraplexiam facit. Nec minùs ſibi contrarius eſt, dum, quid ſit paraplexia, quid paraplegia, exponit. Etenim* 3. prorchet 26. *inquit,* Paraplegiam eſſe affectum vnius partis corporis, qualis eſt paraplexia totius, *ſed* 4. de rat. vict. in morb. acut. 27. *apoplexiam docet finiri in vnius partis reſolutionem, quæ paraplexia appellatur. Cæterùm cum vterq; affectus fiat abſq; cerebri lęſione, ſiuè lædatur vna tantùm pars corporis, ſiuè vtraq;, parum refert.*

Illud tamen ſcire operæpretium erit, qualis nam ex duabus Galeni ſententijs ſit verior,

num

num epilepſiam finiri in paralyſim, an verò in eam non finiri. Auicenna 1.3 tract. 5. cap. 8. *ſic ait.* Multoties quidem reſoluitur epilepſia ad paralyſim. { multoties } *corrigit Mercurialis, cuius loco apponit* { aliquoties } *quia verum eſt, inquit ille, quod epilepſia fiat ſinè conuulſione, & deſinat in paralyſim, ſed falſum eſt, quod eueniat ſemper. Vult igitur Mercurialis, fieri aliquando epilepſiam ſine conuulſione, quod probat ex Auicenna, & Cornelio Celſo, (abſq; conuulſione, inquam, manifeſta,) hanc autem deſinere in paralyſim. Verùm mirum videtur, & monſtro ſimile, epilepſiam, quæ fit ſinè conuulſione, & quæ mitior eſt, atq; ab humore non obſtruente, ſed ab aura quapiam minimum acri gignitur, in paralyſim finiri: aliam verò terribilem, & ab humore obſtruente, ſeu mordicante, & veneno ſo factam, liberum relinquere ægrotum. Forſitan intelligit Mercurialis epilepſiam siné conuulſione, eam, quæ*

propter multam obſtructionem, proximé apoplexiæ accedit, in qua propter a, paruus ſit conuulſiuus motus: nempè fere obruta facultate expultrice ab humoris multitudine: ſed hanc potius leuem apoplexiam, quàm epilepſiam vocari debere, ſuperius dixi.

Et quamuis maior authorum pars, libentius recipiat ſententiam Galeni 4. de locis affect. *prolatam, nempè non terminari ad paralyſim, tamen quidam neotericus contrariæ opinioni admodum adhærens, cum Galenus* 4. acutorum *dicat, interdum conuulſiones ſalubriter euenire, quia materiam ad ignobile membrum detrudendo, paraplexiam efficiunt, adeò verum hoc eſſe exiſtimat, vt pro* ⸗ interdum ⸗ *legat* ⸗ plerumq́;, ſiue multoties ⸗ *& hanc eſſe Galeni mentem ex eo coniectat, quòd* 4. locor. affect. *apoplexiæ treberrimè ſuccedere paralyſes ſcriptum legitur. Quaſi verò apoplexiæ, et epilepſiæ communis ſit ratio, minus tamen in epilepſia ob*

con-

concuſſionem cerebri: ea ſiquidem concuſſione humor, qui morbi comitialis eſt cauſa, ad nares, ad palatum, ad ventriculum expellitur: quod idem Fernelius fateretur, ſi cauſam epilepsiæ humorem pituitoſum eſſe agnoſceret: nam ex eo probat epilepſiæ cauſam eſſe diuerſam à cauſa apoplexiæ, quia ſi eadem vtriq; eſſet cauſa (inquit ille) epilepſia terminaretur ad paralyſim, quemadmodum apoplexia.

Hęc omnia præter rationis normam videntur dicta, nam in primis Fernelium iam habemus eius opinionis fautorem, quæ tenet epilepſiam non terminari ad paralyſim: de cauſa, quam ille affert, ſuo loco agemus. Et quamuis vel Fernelius, vel alius quiſpiam maior in arte dixiſſet, epilepſiam terminari in paralyſim, plus credendum arbitror experimento, quàm opinantium authoritati. Dicant igitur mihi medici communiter practicantes, quot illis contigerit videre epilepticos paralyſi ſanatos? Ego ſanè in practicis operibus conſe-

ne-

neſcens, adhuc vnum me vidiſſe non recordor, cum tamen plurimos caduco morbò correptos tum pueros, tum grandiores, me vidiſſe profitear. Vidi multos in melancholiam prolapſos, & ex epilepticis amentes factos, nullum verò paraplecticum.

Experimentum autem non eſt à ratione alienum: etenim materia, quę in vnoquoq; paroxyſmo mouetur, & pauca eſt, & facilè diſſipabilis, vt mox dicam, cum de cauſis erit ſermo: nam quamuis ex materia craſſa, epilepsia fieri dicatur, non ea eſt, quæ in vnoquoq; paroxyſmo negotium faceſſit, ſed tenuior eius pars. At dicit ille, epilepticus poſt paroxyſmum, vitream pituitam per os eijcit. Reſpondeo, hanc non eſſe, quæ ventriculos cerebri concutiebat, ſed quæ ex concutione proijcitur, quemadmodum etiam & ſtercus, & vrina, & ſemen, & ſanguis. Quapropter longè melius videtur cum pleriſq; dicendum, Galeni ſententiam 4. de locis affectis, *ve-*

ram eſſe, & ferè ſempiternam, & epilepſię non ſuccedere paralyſim, ſuccedere certè melancholiam, vt Hippocrates ſuperiùs citatus dixit. Et quamuis Galenus 4. de rat. vict. *citato, dicat, Hippocratem paraplexias appellare eas, quæ epilepsijs ſuccedunt, non eſt credendum: verba enim Hippocratis in illo contextu ſunt:* Hinc epilepſiæ, & paraplexiæ ſi continentes locos fluxiones inuaſerint, atq; ſpiritibus exire nequeuntibus exaruerunt. *Ex his verbis, nemò colliget, vnam ſequi ad aliam, ſed vtramq; ad vnam, & eandem cauſam, quod ſi Hippocrates alibi epilepſiæ paraplexiam ſuccedere dixit, proferre verba Hippocratis Galenus debuerat, alioquin maneat fides apud eum.*

Itaq. epilepſia dicitur conuulſio non perpetua, cum lęſione ſenſus, & motus. Conuulſionem eſſe, non admittunt aliqui, inter quos numero Horatium Augenium, Peredam in

anno-

annotationibus *ad Paſchalij* practicam, *& Capiuacium, niſi pro conuulſione conuulſiuos motus intelligamus. Immò verò Capiuacius inuehitur acerbiſſimè in aliquos, præcipuè in Altomarium, quem duntaxat nominat, qui dicti non ratione, ſed nuda Galeni authoritate in ſuperficie intellecta epilepſiam dicunt eſſe conuulſionem. Probat ille ſuam ſententiam duplice ratione. Prima, ſi eſt conuulſio, vel fit ex inanitione, vel ex repletione. Non ex inanitione, quia ex Galeno* 3. de loc. affec. cap. 7. citò fit, & citò deſinit: *hinc enim agnoſcere docet Galenus hunc morbum non ab ariditate, vacuationeuè, ſed à craſſo ſemper humore fieri, nempè quia velociter contingit, & velociter ceſſat. Non etiam ex repletione: nam conuulſio ex repletione eſt motus prauus, cuius cauſa eſt ſola materia morbifica, non facultas: at in epilepſia, etiam in ea, quæ fit per eſſentiam, facultas concurrit ad expellendum, hinc eſt quod Galenus,* 3. loc. affect. cap.

7. *ait*

7. *ait, cerebrum ſe ipſum quatere, vt expellat noxia, &* 1. de cauſ. ſympt. cap. vltimo *in epilepſia, conuulſionem eſſe motum vitioſum cerebri, vnde patet concurrere expultricem facultatem cerebri.*

Secunda ratio. Epileptica conuulſio pertinet ad cerebrum, ex ſententia Galeni 5. aph. prim. *conuulſio verò legitima fit repletis, vel inanitis corporibus neruoſis, à quibus voluntarius motus perficitur, cerebrum autem nec eſt corpus neruoſum, neq; perficit motum voluntarium, ergo in eo legitima conuulſio: fieri nequit, ac proinde epilepſia, quæ ſemper fit cerebro patiente, non eſt conuulſio: fieri autem ſemper cerebro patiente, author eſt Galenus, inquiens,* epilepſiam ſiuè per conſenſum, ſiuè per eſſentiam ſit, ſemper eſſe capitis morbum.

Contrariam ſententiam amplectentes, alij dicunt ſenſum perdi, aut minui in epilepſia, ergo magis & motum. Faciliori namq; nego-

tio

tio motus deperditur, quàm ſenſus, cum maior ad motum, quàm ad ſenſum vis requiratur.

Verùm, quemadmodum vnaquæq. ex his duabus opinionibus ſeorſim accepta, falſa eſt, ita vtraq; ſimul veritatem continet: nam & conuulſio in epileptico paroxyſmo, & præter conuulſionem motus irritatæ naturæ datur. Quòd conuulſio adſit, eſt ſententia Galeni, qui épilepſiam à tetano differre ait, quia tetanus eſt perpetuus, epilepſia interrupta; in tetano non deperduntur ſenſus, in epilepſia maximè, tetanus poteſt accidere propter inanitionem, quod epilepſiæ non poteſt contingere: ſi autem in his ſolùm differunt epilepſia, & tetanus, ſaltem in motu non differunt, qui in vtriſq. eſt ſine arbitrio, ac proinde vterq; conuulſiuus.

Ratio idem ſuad.. e videtur, nam arbitrium membri imperantis non dicam liberum, ſiquidem epilepticorum mens ægrotat, atq; ita

à non

à non libera facultate motionès non liberæ eduntur, ſi non ſunt liberæ, reliquum eſt, quòd conuulſiuæ appellentur.

Sed ſi non eſt facultas ſentiens libera, quomodo poterit simul cum motu conuulsiuo eſſe alius motus naturę irritatę? Ad hoc reſpondendum arbitror, epilepticum ſentire quidem ſenſatione, quæ ſit in organo, non ſentit tamen ſe ſentire, quia hæc reflexio pertinet ad phantasiam, quæ eſt læſa. Ineſt igitur ſensatio in organo, ſed non ſenſationis perceptio in potentia interna. Motus itaq; conuulsiuus ſit à membro neruoſo, quod multo humore eſt repletum, & à naturæ inſtinctu, quę abſq. arbitrio moleſtantem excutit. Quodnam quæſo arbitrium habent conchylia, quibus nulla eſt phantasia, & tamen puncta contrahuntur, natura sic docente? Membrum igitur eſt, quod conuellitur propter conuællentem homorem, et natura irritata à ſenſu non libero, eſt, quæ excutit idem membrum. Hinc eſt quod epi-

lepti-

lepticorũ motus ſunt violentiſſimi, vtpotè facti ex læsione membri, & ab auxilio irritatę naturę.

Nihilominùs non deſunt, qui totum opus conuulſionis eſſe aiunt, nihilq; naturę attribuere volunt: quia ſi agente natura, & noxam fugiente fiat comitialis paroxyſmus, eueniet ex eo abſurdum maximum, nempé morbum referri ad authorem naturæ. Sed reſponſio eſt in numerato: natura enim, vt nunquam in ſcopo ſuo fallitur, & media inuenit, tum in genere, tum in vniuerſum ſcopo ſuo, accomodata, ita obinteruenientes particulares quaſdam occaſiones, quas illa, quæ rationis eſt expers, non diſcernit, sæpè errare ſolet, & medici correctionem expoſtulat. Nonnè natura eſt, quæ monſtra gignit? ſed propter ineptitudinem materiæ. Nonnè in dolent parte inflammationes excitat? ſed vt ſuccurrat dolori. Nonnè ſymptomata, & euacuationes molitur? Sed vt quod moleſtum eſt euacuet.

Aliȷs

Alijs magis placet, motus illos eſſe à natura irritata, non verò fieri à facultate motrice, ſed à naturali expultrice: perſuadentur iſti authoritate Galeni 6. aph. 39. *dicentis, motum voluntarium eo pacto fieri, quo fit conuulſiuus, ſed differre in hoc, quod voluntarius fit à voluntate ciente, conuulſiuus ſine facultate fit. Sed motus epilepticus non eſt voluntarius, quia teſte eodem Galeno, in eo differt epilepſia ab apoplexia, quod in apoplexia perit omninò motus, in epilepſia ſeruatur, ſed non voluntarius.*

His non negamus, ſeruari motum non voluntarium, quia epilepticus caret voluntatis arbitrio. Tamen epilepticus motus ideò dici poteſt voluntarius, quia fit à facultate, quæ voluntati ſubiacet. Quando verò Galenus ait, motum conuulſiuum non fieri à facultate, comparat legitimam cõuulſionem, quàm ſemper fieri dixit à ſola cauſa morbifica, cum motu animali, quem vocat voluntarium. Epile-

pſia autem præter conuulſionem legitimam habet etiam motum facultatis, quæ licèt tunc temporis ab arbitrio non gubernetur, tamen voluntaria iure optimo dicitur, quia eſt eadem, quæ in ſanitate voluntatis imperium exequitur, ſic & ſingultus, & ſternutamentum; quod epilepſiæ ſimile eſt, facultatis voluntariæ ſymptoma dicitur à Galeno 2. de ſympt. cauſ. cap. 4. *Prætereà, ſi Galenum conſulimus, eum audiemus manifeſtè, facultati volontariæ epilepticos motus tribuentem: nã* 1. de ſympt. cauſ. c. vlt. epilepſiam, *ait*, in functione voluntaria eſſe perinde, ac vigiliam in ſenſitrice. *Idẽ Galenus* 2. aph. 45. *conſtituens differentiam, quàm ſæpè conſtituit, inter apoplexiam, & epilepſiam, in eo vtrumq; malum conuenire dixit, quod eumdem locum, eamdemq; materiam vtraq; ſimul paſſio obtinet, differre in eo tantũ, quia perfectè deperdita eſt actionum facultas, in epilepſia motus deprauatus, motus inquam*

facul-

facultatis, vt optimè aduertit Mercurialis, reclamante quodam, cui videtur Galenum duntaxat voluiſſe, apoplexiam fieri propter omnis virtutis ad membra defluentis plenam, conſummatãq; priuationem, epilepſiam autem ob motum vitioſum, atq́; peruerſum, neq; addendum eſſe { eiuſdem facultatis } *verùm ſi rectè verba Galeni attendantur, expoſitio Mercurialis leniter fluit. Ait Galenus,* Apoplexiæ ob omnimodam carentiam, illius potentiæ, quæ ad neruos defluit, epilepſia propter motum vitiatum generatur. *Hęc ille. Nonnè ex his verbis patet comparari actionem abolitam, cum actione vitiata eiuſdem facultatis? Deinde ſi Galenus non loquitur de motu facultatis, ſed de motu expultricis, talis motus non eſt vitiatus: nam quis dixerit, expultricem, cum ſe concutit, moueri vitiatè? Mouet quidem vitiatè motrix facultas, quæ arbitrium non ſequitur. Accedit quod in illa concuſſione, muſculi motu ſuo proprio mo-*

uentur, nempè reuocatione ad ſuum principium. Neq; mirandum eſt in tanto naturæ labore, ſuccurrere poſſe membrorum neceſſitati. Nam ſi in apoplexia, in qua maior, immò totalis eſt obſtructio, ſpiritus deſcendit ad muſculós thoracis propter neceſſitatem reſpirationis, in minore obſtructione, qualis fit in epilepſia, cur non poterit ſpiritus ad partes corporis deſcendere?

Quæſitu dignum videtur hoc loco, vtrum in omni epilepſia detur conuulſio legitima, an in aliqua ſufficiat motus ille naturæ irritatę. Si de vera epilepſia ſit ſermo, & Galenus, & ratio nos docent, non fieri abſq; conuulſione. Etenim 6.epid. ſect. 6.com.7. Epilepſiæ cauſam, frigidum, craſſumq́; humorem eſſe ait, in cerebri ſinubus collectum, neruorumq; origines, ac præcipuè ſpinalis medullæ primum principium occupantem: & 5. aph. 70. Quę quidem ex euacuatione fit conuulſio, acutiſſima eſt,

& per-

& perniciosiſſima: quæ verò ex repletione partium neruoſarum, qualis in morbo comitiali, neq; acutiſſima, neq. ſimiliter periculoſa. *Hoc idem ſentit Auicenna, qui in* capite proprio *in hunc modum ſcriptum reliquit*: Spaſmi autem deſcendentis ad membra, quibus aſſociatur epilepſia, cauſa eſt, quoniam materia, quæ peruenit ad cerebrum, aut nocumentum, quod ipſum comitatur, comitatur neruos etiam, quorũ eſt ipſorũ diſpoſitio, diſpoſitio eius, & illud eſt propter tres cauſas, ſcilicet, quia nerui ſequũtur ſubſtantiam cerebri, & læduntur ab eo, quo ipſum læditur, & eorum repletio ex humore expulſo ad ipſos in principio ipſorum, quare augmentatur eorum latitudo, & abreuiatur eorum longitudo. *Hæc Auicenna. Quod ſiquis dicat, leues quaſdam epilepſias fieri à ſolo motu naturæ irritatæ, abſq; conuulſione, has ego ſic admittam, quamuis tales nondum*

epilepſias nominabo. Ratio verò qua ſuadetur dari conuulſionem in omni vera epilepſia, eſt quia in ea datur retractio muſculi ad ſuum principium ſine voluntate, hæc autem nihil aliud eſt, quàm conuulſio.

De loco, & cauſis epilepſiæ Cap. IV.

CVM potentiæ internę, in hoc affectu lędantur, cerebrum in eo perpetuò lædi, perpetuæ veritatis eſt dogma, ſiue id per idiopathiam, ſiue, vt diximus, per ſympathiam accidat. Galenus cerebri ventriculos magis in epilepſia, at verò in apoplexia magis cerebrum occupari dixit. Cęterùm qua ductus ratione hoc ſenſerit prorſus ignoro, mihi attente contemplanti, contrarium penitus videtur. Nam materia in cauitates cerebri delapſa, poterit quidem magis motũ, ſenſumq; impedire, in eiuſdem cerebri corpo-

re magis vellicando agitare. Præterea per αὐτοψίαν viſi ſunt in epileptico paroxyſmo mortui, quibus non tantum ſinus cerebri, quantum eius ſubſtantia ſcatebat. Vibratio etiam, & concuſſio cerebri, magis oſtendit in inuolucris materiam adhærere, quàm in capacitate. Hæc tamen controuerſia parui momenti eſſe videtur, ſiquidem vterq; locus eadem remedia, eundem adhibendi auxilia modum, expoſtulat. Quid verò ſit, quod hunc affectum excitat, in hoc agnoſcendo oportet laborare.

Num comitialis affectus poſſit fieri à nuda intemperie, controuerſia exiſtit, cui occaſionem dediſſe videtur Galenus, vtriq; parti ſuis in ſcrptis apertè fauens. Qui ab intemperie ſola, fieri exiſtimant, Galenum habent authorem, qui ſæpiſſimè apoplexiam, & epilepſiam, inter ſe comparat, & vtramq; in cauſa conuenirè ait, ſolumq; differre ſecundùm magis, & minus. Cum igitur apoplexiæ

cauſa ſint humores viſcidi, et craſſi; eoſdem, & epilepſiæ cauſam eße, dicere oportet. Neq; verò eſt, cur Siluaticus dicat, Galenum, licèt admittat hos humores eſſe epilepſiæ cauſam nō tamen dixiſſe ſemper ab illis hunc morbum fieri: nam Galeni verba non relinquunt huic expoſitioni locum: ait enim 3. de loc. affect. cap. 7. *non ab ariditate, vacuatione q; ſed à craſſo ſemper humore hanc affectionem induci: argumento eſt, quod ſubitò fit, & ſoluitur confeſtim. Ecce particula* ʒ ſemper ʒ *apud Galen. Siluatici excuſationem reijcit. Iam verò fuiſſe Galeni mentem, non fieri ab intemperie comitialem morbum, ita expreſsè legimus* 2. de cauſ. ſympt. cap. 7. *vt nihil expreſſiùs dici poſſit: agens nanq; de epilepſiæ generatione, adiungit, quòd accidere in corporum intemperie nullo modo poteſt. Qui contraria via incedunt, se etiam Galeni autoritatibus tuentur: quippè is* libro aduersùs Eraſiſtratæos cap. 9. *ſtomachi ina-*

nitio-

ntionem, ad accerſendum epilepticum paroxyſmum, aptam eſſe docet, affertq́; hiſtoriã Diodori Grãmatici, quam repetit 5. loc aff. cap. 6. *Ille quoties, vel nimis vehementer doceret, vel cogitaret, vel inediam ſuſtineret, vel iraſceretur, comitiali paroxyſmo corripiebatur. Cauſam huius rei se reperiſſe ait, quia os ventriculi huic iuueni (quod facilè ſentiret) affectum eſſet, deinde per conſenſum, & totum cerebrum, & corpus vniuerſum conuulſione concutiebatur. Reſpondent aliqui, hunc morbum non fuiſſe à nuda intemperie, quia Galenus hieræ exhibitione eum curauit: ſic* 2. localium cap. 1. *ij, qui diutius famem tolerant, offenduntur, quia in illis augetur humorum malitia. Hæc reſponſio non eſt omninò recipienda: nam Galenus, hiera purgauit os ventriculi à cruditatibus, à quibus qualitas per partium continuationem ad cerebrum aſcendebat.*

Alium afferunt Galeni locum ex 5. loc.

affect.

affect. cap. 6. *vbi corripi morbo comitiali ſe vidiſſe ait eos, qui immodicè Veneri operam dederant. Reſpondent aduerſarij, Venerem non ſtatim epilepſiam facere, ſed progreſſu temporis, cerebro, ventriculoq; plus nimio debilitatis, quibus materiali affectui occaſio non leuis ſuppeditatur. Sed hos interrogabo, cur aliæ cauſę, quę cerebrum, ventriculumq; vehementer debilitant, non ita promptè comitialem morbum inducunt? Interrogo prætcrea, cur cerebrum debilitatum promptiùs epilepſias, quàm catarrhos, & apoplexias faciet? Immò verò in epilepſia, robur cerebri aliquod requiritur, ad expellendum id, quod nocuum eſt, idcircò ſenibus raro epilepſia euenit: tales enim prę naturę imbecillitate, non poſſunt cogi ad expulſionem rei nocentis, atq; ideò potius apoplexiæ ſunt obnoxij. Scio Galenum* 6. aph. 28. *dixiſſe, neceſſarium fore vt cerebrum habeat imbecille, qui futurus ſit epilepticus. Hoc tamen de ſani hominis cere-*

bro intelligi debet, nam ſi ſanus validam habeat cerebri facultatem, nullis cerebri morbis erit obnoxius, quibus maximé ſubiacet is, qui cerebri imbecillitate, vel à natura, vel quomodocumq; aliter eſt prædituſ. Et hæc cerebri imbecillitas, non magis ad epilepſiam, quã ad cephalalgiam, catarrhos, & alias cerebri ægritudines facit. At verò epilepſiæ, hoc eſt peculiare, vt ſi non adſit quidem cerebri robur, nec ſaltem adſit omnimoda debilitas, qualis à ſuperfluo coitu ſolet acquiri. Nec verò dicendum eſt, veneris vſu, pituitam cruditateſq; gigni, à quibus epilepſia: nam potiùs tales Venere emendantur teſte Hippocrate 6. epidem. ſect. 5. tex. 23. & tex. 26. *vt obiter dicam, verba nimis obſcura dilucidauit Galenus, nempè increſcentes morbos miſtio. Miſtionis namq; nomine ſignificatur coitus, increſcentes verò morbi, comitiales ſunt, qui progreſſu temporis augentur.*

Ad rem igitur reuertentes, qui nudam intẽ-

peri-

periem, cauſam epilepſiæ eſſe, ex Galeno elicere conantur, Venerem ideò abſq; materia, epilepſiam inducere affirmãt, quia per coitũ nerui ad conuulſiuos epilepticos motus edocentur, & facilitantur. Galenus enim, inter coitum, & epilepſiam, maximam conſtituit ſimilitudinem 13. de vſu part. cap. 10., *atq; idem accidit vaſis ſpermaticis in epilepſia, quod accidit in coitu, quapropter nimio coitu nerui, motui conuulſiuo aſſueſiunt, facilitatemq; conuellendi in ſe contrahunt. Vnde Venus dicebatur à Democrito, parua epilepſia, vt refert Galenus ex Sabino* 3. epid. ſect. 1. com. 4. *quam ſententiam Aulus Gellius* lib. 19. c. 2. & *Macrob.* lib. 3. in fine *referunt acceptam Hippocrati.*

Tertio, Galenus, de differ. morb. cap. 5. *iter agentes in valido frigore, pati dixit quidpiam attonito morbo ſimile. Ex quibus verbis colligitur, nudam ambientis frigidiſſimi qualitatem, abſq; materiæ concurſu hunc*

morbum

morbum genuiſſe. Eſt tamen quid reſpondeāt aduerſę partis authores: nam non dixit attonitum morbum; ſed attonito ſimilem. Hęc tamen oppoſitio inualida eſt, quid enim aliud erit attonito ſimile, quàm conuulſiones, & cerebri commotiones, quas ſi frigus externum poteſt facere, poterit & epilepſias. Deinde, ſi contingunt apoplexiæ iter agentibus per loca frigida; cur & epilepſiæ non contingent? Dicunt aliqui, frigiditatem internam, non ſicut externam, poſse cerebrum comprimere. At hoc vanum eſt: nam frigida aura à pedibus aſcendens, non minus, quàm frigida aura exterius occurrens, poterit cerebri compreſſionem facere.

At quoniam in frigidæ aurę mentionem incidimus, ea nobis in memoriam reuocat, duas à Galeno relatas hiſtorias, quæ pro nuda intemperie facere videntur. Duo fuerunt pueri, de quibus 3. loc. affect. cap. 7. *qui tempore futuri paroxſmi auram à tibia ad caput*

aſcen-

aſcendere ſentiebant. Hanc, dicunt aduerſarij, eſſe non nudam qualitatem, ſed ſpiritalem quandam ſubſtantiam. Verùm hoc non conſonat Galeni verbis, dicentis: Pelopi placuiſſe cauſam illius mali eſſe duorum alterũ, vel qualitatem per continuum communicatam, vel ſpiritalem quandam ſubſtantiam. *Neq; tamen adhuc acquieſcunt, ſed dicunt, Galenum ex mente præceptoris ſui Pelopis hæc retuliſſe, quem tamen modeſtiæ ergo noluit refellere, idq; verba eius oſtendere videntur: namq; parum infra addit,* Siue per alterationem (vt ipſe dicebat) ſiue ſpiritali eſſentia fiat. *Sic ille. Quapropter cum dicat* {vt ipſe dicebat} *innuit ſe nolle præceptorem refutare propter reuerentiã, quæ ei debetur. Hoc certè admittendum foret, niſi Galenus alias in ſuis ſcriptis, & in Pelopem, & in Hippocratem, quorum ſe diſcipulum profitetur, liberè, ne dicam parum modeſtè ſe geſſerit.*

Extat

Extat tandem alius Galeni locus 6.epid. ſect. 1. com. 5. *vbi loquens de epilepſia*, Oritur, *ait*, plerumq; ob frigidam cerebri temperaturam, humiditati adiunctã: *Quid ex aduerſo habent, quod dicant? Sanè adhuc aliquid, nempè id à Galeno dictum quaſi ex illa frigida, & humida temperatura generentur frigidi, & humidi humores. Attamen neq; hic eſt aſſuetus loquendi modus Galeni, nec ſi foret, laudandus eſſet. Cur enim frigida, & humida intemperies, ſiuè innata, ſiuè aſcititia, erit cauſa morbi, qui immaterialem cauſam non habet? Dicunt eſſe cauſam diſponentem: at hoc diuinantis eſt, neq; enim oſtendent, vnde eliciant hanc fuiße Galeni mentem.*

Videmus Galenum ad vtramq; partem poſſe trahi, quare eo relicto ad alios accedamus Auerrous 3. collig. cap. vlt. *nullo modo à cauſa immateriali epilepſiam fieri poße contendit. Huius ſententiæ duplicem affert rationem,*

tionem, prima eſt huiuſmodi: epilepſia inuadit per paroxyſmos, paroxyſmi autem non fiunt à qualitate membro impreſſa, ſed ab humoris, ſtatuto tempore redeuntis, congeſtione. Secunda, cauſa immaterialis vel eſt interna, vel externa: non poteſt interna paroxyſmum facere, nam ea membro affixa & facta, difficilis curatu eſt: externa erit, frigiditas aëris occurrens cerebro, ſed impoſſibile eſt ab aëre frigiditatem imprimi, quę ſufficiat epilepſiam efficere. At quoniam poſſet aliquis dicere, experimento cõpertum eſſe, nonnunquam ex aëris frigiditate ortam fuiſſe epilepſiam, reſpondet, ſi hoc accidit rariſſimum eſſe, experientiæ verò, quę certitudinem ſcientificam gignunt, plures ſunt: quia ægritudines, per ſenſum certificantur, & poſtea aduenìunt teſtimonia, & experientiæ propter plurimos ſentire, ad quæ ſequitur cauſarum cognitio.

Alij ſunt, qui à nuda qualitate epilepſiam fieri volunt, inter quos referam Fernelium,

qui

qui lib. 5. pathol. cap. 3. *&* 2. de abdit. rerum cauſis, *non ſolum ex qualitate, ſed ex venenata quadam qualitate, hunc morbum origenem trahere affirmat. Tres enim ſunt epilepſiæ ſpecies, ſeu genera, ſeu differentiæ, de quibus ſuperius egimus, vna cerebro aſſignata, altera ventriculo, tertia, quæ cuiuſuis partis conſenſu fit; In vnaquaq; harum partium, venenum innaſci poſſe, Galenus concedit* 3. *&* 6. de loc. affect. *ſed venenum (vt Fernelius ait) non ſolum dicimus id, quod enecat, aut cordi, vitæq; principio eſt infenſum; ſed quicquid tota ſubſtantia, & occulta vi, facultatum originem extinguit, & laceſſit.*

Auicenna 1. 3. tract. 5. cap. 8. *omnium meliùs, meo quidem iudicio, media quadam via incedens, cum diſtinctione loquitur. Atq; in epilepſia, quæ fit per eßentiam, nec aliundè trahit originem, cauſam immaterialem prorſus negat: neq; enim imaginatione concipi po-*

teſt, quomodo qualitas cerebro infixa poſſit euelli, & toties reponi, vt frequentes efficiat paroxyſmos. In epilepſia verò, quæ fit per aliarum partium conſenſum, poteſt qualitas exiens à re materiali, cerebrum offendere, pungere, & dilacerare, atq; proinde toties malum redire, quoties materia vaporem mittit. Et ſic Auerroo ſatisfactum eſſe exiſtimo.

Fieri epilepſiam ab immateriali cauſa, nullo modo melius probari poteſt, quàm rationibus, quas Galenus ex Pelope refert. Quis enim crederet, *inquit ille*, ab ſcorpionibus infixo aculeo, vel phalangiorum paruorum ictibus, totum corpus, ingenti, & inuſitata mutatione affici? *Itaq; veriſimile eſt, in corpore ſimilem aliquam ſubſtantiam gigni, non accedente externa cauſa, quæ vbi neruoſam aliquam partem occupauerit, per continuas partes, vſq; ad neruorum principium, per alterationem vim ſuam tranſmittit: iccircò remedium eſt, partem*

vulneratam ligare, aut, vt ruſtici fecerunt; falce abſcindere. Neq; verò aliter à partibus inferioribus ad cerebrum, qualitatem communicari exiſtimo, quàm per lineam, ad piſcatoris manum mittit torpedo qualitatem narcoticam, non corpuſcula, vt voluit Fracaſtorius.

Immaterialis tamen cauſa, quæ aliquoties admittitur, non tollit quominùs ſæpè etiam materialis hunc affectum producat, atq; de hac vberius eſt agendum. Galenus, craſſos ſemper humores eſſe epilepſię cauſam, exiſtimauit, ſignum huius rei eßeait, quia paroxyſmus citò fit, & ſubitò ceſſat, quaſi magis proprium hoc ſit humoris craſſi, quàm tenuis. In quo ſibimet aduerſari videtur, ſiquidem lib. de tremor. rigor. & palpitat. cap. 5. & lib. 2. de ſymptat. cauſis cap. 2. *ideò probat palpitationem fieri ab aerea quadam ſubſtantia, quia citò fit, & citò deſinit: ſucc⸗s enim nullus ita celeriter*

teſt, quomodo qualitas cerebro infixa poſſit euelli, & toties reponi, vt frequentes efficiat paroxyſmos. In epilepſia verò, quæ fit per aliarum partium conſenſum, poteſt qualitas exiens à re materiali, cerebrum offendere, pungere, & dilacerare, atq; proinde toties malum redire, quoties materia vaporem mittit. Et ſic Auerroo ſatisfactum eſſe exiſtimo.

Fieri epilepſiam ab immateriali cauſa, nullo modo melius probari poteſt, quàm rationibus, quas Galenus ex Pelope refert. Quis enim crederet, *inquit ille*, ab ſcorpionibus infixo aculeo, vel phalangiorum paruorum ictibus, totum corpus, ingenti, & inuſitata mutatione affici? *Itaq; veriſimile eſt, in corpore ſimilem aliquam ſubſtantiam gigni, non accedente externa cauſa, quæ vbi neruoſam aliquam partem occupauerit, per continuas partes, vſq; ad neruorum principium, per alterationem vim ſuam tranſmittit: iccircò remedium eſt, partem*

vulneratam ligare, aut, vt ruſtici fecerunt, falce abſcindere. Neq; verò aliter à partibus inferioribus ad cerebrum, qualitatem communicari exiſtimo, quàm per lineam, ad piſcatoris manum mittit torpedo qualitatem narcoticam, non corpuſcula, vt voluit Fracaſtorius.

Immaterialis tamen cauſa, quæ aliquoties admittitur, non tollit quominùs ſæpè etiam materialis hunc affectum producat, atq; de hac vberius eſt agendum. Galenus, craſſos ſemper humores eſſe epilepſiæ cauſam, exiſtimauit, ſignum huius rei eſſe ait, quia paroxyſmus citò fit, & ſubitò ceſſat, quaſi magis proprium hoc ſit humoris craſſi, quàm tenuis. In quo ſibimet aduerſari videtur, ſiquidem lib. de tremor. rigor. & palpitat. cap. 5. & lib. 2. de ſymptat. cauſis cap. 2. *ideò probat palpitationem fieri ab aerea quadam ſubſtantia, quia citò fit, & citò deſinit: ſucc[illegible] enim nullus ita celeriter*

influit, & refluit, qua authoritate fretus Rondeletius dixit, ſolutionem repentinam huius mali oſtendere, illud ab humore tenui eſſe factum, & hoc ab Auerroo videtur ſumpſiſſe, quia eadem ratione ducitur.

Verumtamen Galenum à contradictione in hunc modum vendicamus; Quo attinet ad efficiendum paroxyſmum, & obſtructionem, humor tenuis, & vapor, ſi exiguus ſit, non ſufficit, ſiquidem non niſi à multo flatu pars repletur, multus autem vapor non accumulatur ſubitò. Humoris verò craſſi, cum quęlibet parua quantitas, occluſionem meatuum efficiat, de repentè, & confertim obſtruit. Quod verò attinet ad terminandum paroxyſmum, vel terminatur per diſcuſſionem materiæ, vt in palpitatione, vel per excuſſionem, vt in epilepſia: ſi terminatur per diſcuſſionem materię, ea, quæ craſſo, & lento conſtant humore, ęgrè diſcutiuntur, vt Galenus ait, 1. epid. ſect. 1. com. 10., *iccircò optimè cum*

de palpitatione agit, cuius paroxyſmus terminatur per diſcuſſionem materiæ, talem materiam debere eſſe ſpiritalem, ait, vt velociter fluat, & refluat, hoc eſt, facilè diſcutiatur, reſoluatur, diſſipetur. At verò in epilepſia, in qua terminatur paroxyſmus per materię excuſſionem, nempè quia cerebrum excutitur, multò melius expellitur humor craſſus, quàm tenuis.

In cuius rei gratiam ſcire oportet, quòd ea, quæ impetu proijciuntur, talis eſt excuſſio, vt facilé proijciantur, debent eſſe craſſa, & grauia, vt reſiſtendo meliùs impulſum accipiant: ſic meliùs lapidem, quàm floccum proijcimus. Atq; hæc eſt ratio, cur vomitu priùs exit pituita, quàm bilis, non quia humores tenues, vt inquit Maſſaria, penetrant ventriculi tunicas, & ſic difficiliùs exeunt, hoc enim falſum eſt, vomitu nanq; id, quod in capacitate ventriculi, non quod in tunicis continetur expellitur, ſed quia pituita, quæ craſſa eſt, im-

pulſum accipit, bilis refugit, quia tenuior. Sic etiam ſolemus materiam, quæ in thorace continetur, incraſſare, vt tuſſi, quæ impulſus quidam eſt, meliùs expellatur. Igitur in palpitatione citò ceſſat paroxyſmus à ſubtili materia, quia finitur per diſcuſſionem, in epilepſia è contrario citò paroxyſmus terminatur à materia craſſa, quia terminatur per excuſſionem. Huius doctrinæ veritas, apparet in quartana, in qua, vt habetur 5. aph. 70. *duplex eſt ſanatio, vel per excretionem, vel per concoctionem, excretio reſpondet excuſſioni, fit enim agitatione rigoris, concoctio diſcuſſioni eſt ſimilis, peragitur nanq; à febrili calore. Auicenna triplicem conſtituit epileptici paroxyſmi finem, primum per humoris expulſionem, & talis eſt euacuatio, alij duo reſpōdent duobus à nobis propoſitis, ait enim, aut per reſolutionem ventoſitatis* ʒ & hæc eſt diſcuſſio ʒ *aut per expulſionem nocentis* ʒ & hæc eſt excuſſio. ʒ *& ſic inuenitur via red-*

dendi

dendi Galenum ſibimet concordem, non vt docet Maſſaria, inquiens, humorem ſubtilem propter ſuam tenuitatem potentius in ſubſtantiam particulæ leſæ penetrare, ac proindé difficiliùs expelli, quę ratio non ſoluit contradictionem: nam ſi difficiliùs expellitur tenue, quia magis eſt infarctum, cur in palpitatione, dictum eſt à Galeno, fieri à vapore, qui citò fit, & citò ceſſat? Pręterea longè difficiliùs expellitur viſcoſum, quod ſua viſcoſitate inhæret, quàm vaporoſum, quod penetrat.

Hoc tamen eſt tolerabile, illud verò, apud eundem Maſſariam tolerari non poteſt, quod ait, epilepſiam per eſſentiam, non aliter fieri poſſe, quàm obſtructis ventriculis cerebri ex craſſis humoribus, frequenter pituitoſis, quãdoq; melancholicis, eam verò, quæ per conſenſum ex tenuibus humoribus, & vaporibus acribus, malignisq; originem habere. Deinde adiungit, primam ſpeciem ex obſtructione

oriundam, veram, & legitimam eſſe, & frequenter contingere: cæteras per conſenſum, minùs veras, illegitimas eſſe, rariuſq; euenire: ſiquidem illæ ſunt veræ conuulſiones, quæ ſolius morbi ſunt opera, aliæ verò potius motus quidam conuulſorij, & palpitationi ſimiles, quàm veræ conuulſiones ſunt: qui motus non à ſolo morbo, ſed à natura conante se ipſam à re moleſta ſubleuare, ſolent excitari.

Hæc ille: in quibus tot reperio errores, quot verba. In primis enim quod ait frequentiùs epilepſiã fieri à pituita, Hippocrati aduerſatur, dicenti, 6. epidem. Epilepticos magna ex parte fieri melancholicos: quod non fieret, niſi magna ex parte ex melancholico humore fieret epilepſia. *Iccirco Galen.* 3. loc. affect. *ait, dictum eſſe ab Hippocrate magna ex parte, quia non ſolùm humor melancholicus, ſed etiam pituitoſus hunc morbum committit, vnde ex hac verborum ſerie patet, epilepſias ex melancolico ſucco eſſe*

frequentiores. Licèt neotericorum multi Maſſariæ adhæreant, ea ſola ducti ratione, quòd pituita ſit magis cerebro familiaris, quaſi verò rarus morbus, qualis eſt epilepſia, non niſi à familiari humore fieri debeat, cum potiùs contrarium vero magis conſonet.

Deinde nõ minùs falſum eſt, quod ait, ſolam, quæ fit per eſſentiam, pendere ex obſtructione: nam Galenus nunquam abſq; obſtructione epilepſiam fieri admiſit: neq; aliter ſenſus, & motus priuatio contingere poteſt: quomodo autem, aut ab aura, aut à nuda qualitate obſtructio fiat, ſuo loco dicemus.

Neq; etiam verum eſt, eas epilepſias, quæ fiunt per eſſentiam, eſſe conuulſiones veras: nulla enim epilepſia eſt vera conuulſio, hoc eſt, habet requiſita veræ conuulſionis, de quo iam ſuperiùs egimus ex Galeno tradente differentiam inter conuulſionem, & epilepſiam: neq; verò epilepſia, quæ fit per conſenſum, fit ſolùm à natura, ſed

etiam à morbifica cauſa, ſed ne adhuc ſi fieret à natura, eſſet contemnenda, nam natura coacta, & agitata Symptomatum grauiſſimorum poteſt eſſe cauſa.

Tandem, quod epilepſia per conſenſum legitima non ſit, nouum & inauditum eſt: profectò Diodorus Grammaticus, & pueri de quibus Galenus, veri epileptici cenſentur. Iam verò epilepſias per eſſentiam eſſe frequentiores, non dubito, illum à Galeno didiciſſe, qui 3. de loc. affect. cap. 7. *id ſentire videtur. Attamen multo plures ex vtero mulieres epilepticas videmus, quàm ex cerebro. Immò verò adeò frequenter eueniunt epilepſiæ per conſenſum, vt iam vulgo exiſtimetur, omnem epilepticum paroxyſmum, aliunde ad caput prouenire, & hanc opinionem falſo à nimis vulgarium hominum impreſſam, nititur Mercurialis iure optimo radicitus euellere.*

Sed relinquamus Maſſariam, qui multoties cenſorem agit, cum pluries cenſore indigeat,

geat, & accedamus ad alios, qui non cum Galeno, craſſum humorem, ſed flatulentum, & vaporoſum huius affectus cauſam eſſe putant. His occaſionem præbuit Ariſtoteles, qui libro de ſomno, & vigilia cap. 4. *cum ſomnum fieri per euaporationem dixiſſet, addit,* Propter hanc verò cauſam, & epileptici ſunt, ſimile enim eſt ſomnus, & epilepſia. *At quamuis hoc obiter ab Ariſtotele ſit dictũ, neq; perpetuæ veritatis dogma ſtatutum, tamen Auerrous ſempiternum eſſe exiſtimat, & non aliter, quàm per vaporoſam ſubſtantiam epilepticos paroxyſmos irrepere ſtatuit. Huius ſententię ſunt alij, inter quos Rondeletium, Thomam Eraſtum, Thomam à Veiga, & Ludouicum Mercatum pręcipue recenſeo. Rationes, quibus nituntur, ſic habent.*

Primò: id, quod poſt paroxiſmum apparet, ſunt ructus, ſternutamenta, oſcitationes, pandiculationes, & aliquando spuma, quę omnia vapores, flatuſq; atteſtantur. Neq; nos melius

lius affectuum cauſas venari poſſumus, quàm excreta contemplando.

Deinde: fit comitialis morbus à nidore, & odoramentis, vt eſperientia eſt compertum: qua propter neceſſe eſt, aut fumus, aut materiam habere aliquam qualitatem, aut quantitatem, quæ cerebrum ad excuſſionem commoueat. Noui multos, *inquit Rondeletius,* qui cum iter facerent, ex aëre, vel vento concepto per nares, ſtatim epilepſia corripiebantur (*profectò ſi Rondeletius aliquē huiuſmodi ſe vidiſſe diceret, fidem vtiq; mereretur, ſed cum multos dicat, maneat apud eum fides*) ij ſi aures bombace, *inquit Rondeletius*, aut aliqua alia ſubſtantia molli, obſtruerent, ſe vendicabant. *Sic ille colligit, poſſe epilepſiam fieri, vel à tenui, ſpumoſaq; pituita, vel à bile flaua, vel ab atra attenuata, vel ab eius ichoribus, & vaporibus acribus, vel ab odoratu propter cerebri exactiorem ſenſum: fieri enim poteſt, vt*

exa-

exactior ſenſus faciliùs noxam ſentiat, & irritetur. Hinc ait Iachinus, aliquos propter exactum membranarum cerebri ſenſum facilè ſternutare, non aliter, quàm propter exactum ventriculi oris ſenſum fit ſingultus, quod in ſe ipſo expertus eſt Galenus: ſternutatio autem, & ſingultus epilepſiæ quidpiam habent ſimile. Quod autem exactior cerebri ſenſus ſit in cauſa, vt aliqui facilè epileptici fiant, ſignum eſſe putat Rondeletius, quia ij, qui acumine ingenij pollent, in hunc morbum ſunt proni, vt de Iulio Cęſare, de Mahometo, & de Carolo Quinto Imperatore narratur.

Tertio. Patet ex autopſia multos ex ijs, qui epileptica ſymptomata, dum viuerent, patiebantur, nullum habere in cerebro humorem, nullum humoris veſtigium, quare ad eã cauſam confugere oportet, quæ ſui veſtigium non relinquit, quales ſunt flatus, vaporeſq;.

Quarto. Humor à cerebri ventriculis in fine paroxyſmi excluſus non habet locum, quo

ſe

ſe recipiat, vt inde tam crebris interuallis op-pleturus iterum cauitates redeat, quandoqui-dem nonnunquam centies in die, redire ſolet hoc malum. Quod ſi humor ad vaſa remigra-ret, non ita promptè recurreret, ſi ad cerebri molem, apoplexiam committeret.

Porrò hæc argumenta quemadmodum pro-babiliter ſuadent id, quod veriſſimum eſt, nempe poſſibile eſſe, vt aliquoties cauſa epile-pſię ſit vapor tenuis, ita nequaquam probant, non poſſe hoc aliter ſe habere. Et quod attinet ad primum, ructus, & oſcitationes, pan-diculationes, & ſternutamenta in fine paro-xyſmi apparentia, magis ſignificant, atte-nuatam fuiſſe materiam, hoc in ſpuma meliùs addiſcitur: nam pituita agitatione vehemen-te commota, ſpumoſa redditur, non aliter quàm oui albumen agitando in ſpumam redi-gimus. Eſt nanq; ſpumæ epilepticorum cauſa materialis craſſa, viſcida, quod oſtenditur ex eius conſiſtentia, ſiquidem docente Galen

2. aph. 43. Cum tenacem habuerit is, qui perfringitur humor, conſiſtentiam, quo ſpiritum complectente ampullas contingit generari, non facilè diſſolubilis, ſed ſtabilis ſpuma perficitur. *Quod autem ſpuma non tenuis humoris, ſed magnæ agitationis, nec non etiam caloris agitatione excitati ſit index, accipimus tum ex Galeno* loco citato, *& ſæpe alibi, tum ex ratione: neq; enim videmus, ſpumam apparere niſi in magna epilepſia, in qua magna fit cerebri agitatio. Ex quibus manifeſtè colligitur, exeuntia poſt comitialem paroxyſmum, agitationis, caloriſq; eſſe ſignum, à quibus materia paroxyſmum faciens fuit attenuata, licèt prius tenuis non fuerit.*

Ad ſecundum. A nidore, & odoramentis fiunt epilepticæ inuaſiones. Sed hoc non indicat non poſſe aliter hoc malum inuadere: fiunt quidem ab odoramentis hiſtericæ ſuffocationes, & proinde epileptici caſus: quia ſuauitate

tate odoris ſpiritus ſurſum trahuntur, (dari voluptatem, & dolorẽ in vnoquoq; ſenſu, authos eſt Galenus 1. de ſympt. caus. cap. 4.) *propterea partes infernæ ſpirituum inopes, & ſubinde frigidæ relinquuntur, vaporeſq; malefici à corrupto ſemine, vel menſtruis conſequenter aſcendunt ad cor, & cerebrum, quapropter & ſyncope, & epilepſia miſeræ fœminæ corripiuntur. Hoc tamen ſi in hoc caſu ita accidit, non tollit quominus, & ab humore pituitoſo obſtruente, poſſit idem malum prouenire. Iam verò à nidore prouenit quidem aliquando epilepſia, maximè in ijs, qui huic damno ſunt nimium parati: hinc tamen non licet ad omnem epilepſiam argumentari.*

Exactiſſimus etiam cerebri ſenſus poteſt aliquam epilepſiæ occaſionem præbere, ita vt qui exquiſito huius membri ſenſu eſt prȩditus, à faciliore cauſa lædatur, quemadmodum in alijs contingit. Sed hoc quid facit ad rem noſtram? Nunquid ille, qui exactiſſimo pollet

let ſenſu, non poteſt pituitę, & craſſi humoris damna ſubire. Exempla affert Rondeletius virorum, qui ingenij acumine fuerunt præditi, & epilepſiam patiebantur. Sed proh quam maiori in numero ſunt ſtolidi, qui hoc malo afficiuntur! Immò verò cum praua cerebri conſtitutio fatuitatem afferat, et eadem epilepſiæ pericula conciliet, vt plurimum videmus, eos, qui ingenio beotico ſunt præditi, in epilepſiam incidere. Quod ſi ſapientes viros huic affectui obnoxios referunt hiſtoriæ, vt fuit Iulius Cæſar, qui hoc morbo primum Cordubæ correptus fuiſſe dicitur, Mahomet, qui ſub diuinitatis prætextu hoc malum patiebatur, & ita tam vxori, quàm alijs miſere imponebat, vt eſt apud Cęlium Rodiginum in ſuis antiquis lectionib. *Plotinus philoſophus referente Suida, & alij quamplurimi magni nominis viri, inter quos referunt nonnulli Franciſcum Petrarcham, ſi, inquam, hi epileptici fuerunt, aliunde petenda eſt ratio.*

tio, nempé à facili mutatione, quam Hippocrates dixit eſſe à melancholicis in epilepticos. Eſſe autẽ magni ingenij viros melancholico temperamento donatos, ab Ariſtotele dictum eſt, & à nobis alibi latiùs probatum.

Ad tertium. Si multi inueniuntur epileptici, quorum corpora poſt mortem ſecantur, & in cerebro nullum habent humoris veſtigium, multi etiam reperiuntur, in quibus tali humore conſpurcatum cerebrum conſpicitur: nec ex ijs, quæ aliquando accidunt, ſumenda eſt ratio ad probandum, rem aliter se habere non poſſe.

Ad quartum. In vnoquoq; paroxyſmo humor, vtì diximus, agitatione attenuatur, et pars foràs mandatur, pars intro recepta, à natura gubernatur, ſed tamen relinquitur fomes, à quo ſucceſſiuè nouus ſemper gignitur humor, paroxyſmum denuo facturus.

Recipimus itaq; humorem flatulentum eſſe cauſam epilepſiæ, et tanto libentius, quanto Hippocratis hanc eſſe ſententiam cognoſcimus,

mus, quam ille ſcriptam reliquit libello de flatibus, *libello inquam ab aliquibus refutato, à nobis pro ſacroſancto habito. Attamen non recipimus ita fieri à flatibus, & vaporibus epilepſiam, vt non poſſit etiam fieri ab humore pituitoſo, aut melancholico cerebrum obſtruente, vel, vt melius dicam, ſemiobſtruente. Immo verò hoc vnum pro comperto haberi volumus, quod ſiuè fiat à tenui vapore, ſiuè à qualitate, ſeu ab humore craſſo, ſemper obſtructionem habere comitem. Videbitur forſan paradoxon, cùm obſtructionis cauſa, craſſi, lentiq; humores à Galeno conſtituantur. Cęterum ſi quis paulisper patienter legat, quæ mox ſubiungimus, iam ea, quæ dicta ſunt, non extra Galeni doctrinam excurriſſe fatebitur.*

In primis, ſi vapor, aut flatus, craſſus fuerit, non eſt dubium poſſe meatus occludere: id teſtatur voluulus, & colicus affectus, in quibus inteſtina flatibus repleta, exitum fe-

cibus non relinquunt 3. de cauſ. ſympt. c. 2. *Præterea poſt balneum, vel ſudorem laxatæ cuti flatus occurrens, obſtructionem efficit* 3. ſanit. tuend. cap. x. *Tandem vertigines, et ſcotomiæ, vaporibus à ventriculo delatis, & cerebri ſinus occupantibus contingunt* 5. locor. affector. cap. 6. *Alexand.* etiam *Trallianus* lib. 1. cap. 17. *in melancholicis, ait, qui ſanguine abundant, quamprimum eſſe ſanguinem exhauriendum, ne diu expectantes, vapores cerebri magis alterent, & ventriculos ipſius interiores obſtruant.*

Quod ſi flatus craſſi obſtruunt, non minùs obſtruere poſſunt & tenues, ea obſtructione, quæ ſufficiat, ad inducendam epilepſiam. quod vt intelligatur, aduertere oportet Galenum 3. ſanit. tuend. citato *differentiam conſtituere inter obſtructionem, & condenſationem, quam Græci miſin, hoc eſt, conniuentiam vocant: quia obſtructio proprie dicta ſemper fit ab humoribus craſſis, & viſcoſis,*

coſis, quæ ſua craſſitie meatus impediant, viſciditate adhęreant. Condenſatio, quàm ego obſtructionem impropriè, Barbari (vt habemus apud Herculanum) vocant obſtructionē coarctatoriā, fit à cauſa, tùm aſtringente, tùm infrigidante. Igitur hęc coarctatoria obſtructio fieri poteſt, vel à qualitate, vel à vaporibus, dummodo habeant ſua acredine, & auſteritate, vim abſtringendi, frigiditate infrigidandi, vel venenoſitate offendendi, ita vt offenſa natura contrahatur. Atq; hæc venenoſitas eſt, quam Fernelius pro cauſa epilepſiæ attulit, quam vtinam voluiſſet non ſempiternam conſtituere, etenim quemadmodum pulcherrimè excogitata eſt, vt aliquando occultam, & nullis notis comprehenſam epilepſię cauſam, huic veneno attribuamus, ita nimis impropria ęſt, quoties cauſas manifeſtas habemus.

Ad inſtitutum iter reuertentes, dicimus vapores tenues, aut qualitates nocuas, raro

ſe recipiat, vt inde tam crebris interuallis oppleturus iterum cauitates redeat, quandoquidem nonnunquam centies in die, redire ſolet hoc malum. Quod ſi humor ad vaſa remigraret, non ita promptè recurreret, ſi ad cerebri molem, apoplexiam committeret.

Porrò hæc argumenta quemadmodum probabiliter ſuadent id, quod veriſſimum eſt, nempe poſſibile eſſe, vt aliquoties cauſa epilepſiæ ſit vapor tenuis, ita nequaquam probant, non poſſe hoc aliter ſe habere. Et quod attinet ad primum, ructus, & oſcitationes, pandiculationes, & ſternutamenta in fine paroxyſmi apparentia, magis ſignificant, attenuatam fuiſſe materiam, hoc in ſpuma meliùs addiſcitur: nam pituita agitatione vehemente commota, ſpumoſa redditur, non aliter quàm oui albumen agitando in ſpumam redigimus. Eſt nanq; ſpumæ epilepticorum cauſa materialis craſſa, viſcida, quod oſtenditur ex eius conſiſtentia, ſiquidem docente Galeno

2. aph. 43. Cum tenacem habuerit is, qui perfringitur humor, conſiſtentiam, quo ſpiritum complectente ampullas contingit generari, non facilè diſſolubilis, ſed ſtabilis ſpuma perficitur. *Quod autem ſpuma non tenuis humoris, ſed magnæ agitationis, nec non etiam caloris agitatione excitati ſit index, accipimus tum ex Galeno* loco citato, *& ſæpe alibi, tum ex ratione: neq; enim videmus, ſpumam apparere niſi in magna epilepſia, in qua magna fit cerebri agitatio. Ex quibus manifeſtè colligitur, exeuntia poſt comitialem paroxyſmum, agitationis, caloriſq; eſſe ſignum, à quibus materia paroxyſmum faciens fuit attenuata, licèt priùs tenuis non fuerit.*

Ad ſecundum. A nidore, & odoramentis fiunt epilepticæ inuaſiones. Sed hoc non indicat non poſſe aliter hoc malum inuadere: fiunt quidem ab odoramentis hiſtericæ ſuffocationes, & proinde epileptici caſus: quia ſuaui-

tate

tate odoris ſpiritus ſurſum trahuntur, (*dari voluptatem, & dolorẽ in vnoquoq; ſenſu, author eſt Galenus* 1. de ſympt. caus. cap. 4.) *propterea partes infernæ ſpirituum inopes, & ſubinde frigidæ relinquuntur, vaporeſq; malefici à corrupto ſemine, vel menſtruis conſequenter aſcendunt ad cor, & cerebrum, quapropter & ſyncope, & epilepſia miſeræ fæminæ corripiuntur. Hoc tamen ſi in hoc caſu ita accidit, non tollit quominus, & ab humore pituitoſo obſtruente, poſſit idem malum prouenire. Iam verò à nidore prouenit quidem aliquando epilepſia, maximè in ijs, qui huic damno ſunt nimium parati: hinc tamen non licet ad omnem epilepſiam argumentari.*

Exactiſſimus etiam cerebri ſenſus poteſt aliquam epilepſiæ occaſionem præbere, ita vt qui exquiſito huius membri ſenſu eſt prȩditus, à faciliore cauſa lædatur, quemadmodum in alijs contingit. Sed hoc quid facit ad rem noſtram? Nunquid illè, qui exactiſſimo pol-

let

let ſenſu, non poteſt pituitę, & craſſi humoris damna ſubire. Exempla affert Rondeletius virorum, qui ingenij acumine fuerunt prædíti, & epilepſiam patiebantur. Sed proh quam maiori in numero ſunt ſtolidi, qui hoc malo afficiuntur! Immò verò cum praua cerebri conſtitutio ſatuitatem afferat, et eadem epilepſiæ pericula conciliet, vt plurimum videmus, eos, qui ingenio beotico ſunt præditi, in epilepſiam incidere. Quod ſi ſapientes viros huic affectui obnoxios referunt hiſtoriæ, vt fuit Iulius Cæſar, qui hoc morbo primum Cordubæ correptus fuiſſe dicitur, Mahomet, qui ſub diuinitatis prætextu hoc malum patiebatur, & ita tam vxori, quàm alijs miſere imponebat, vt eſt apud Cęlium Rodiginum in ſuis antiquis lectionib. *Plotinus philoſophus referente Suida, & alij quamplurimi magni nominis viri, inter quos referunt nonnulli Franciſcum Petrarcham, ſi, inquam, hi epileptici fuerunt, aliunde petenda eſt ratio.*

tio, nempè à facili mutatione, quam Hippocrates dixit eſſe à melancholicis in epilepticos. Eſſe autẽ magni ingenij viros melancholico temperamento donatos, ab Ariſtotele dictum eſt, & à nobis alibi latiùs probatum.

Ad tertium. Si multi inueniuntur epileptici, quorum corpora poſt mortem ſecantur, & in cerebro nullum habent humoris veſtigium, multi etiam reperiuntur, in quibus tali humore conſpurcatum cerebrum conſpicitur: nec ex ijs, quæ aliquando accidunt, ſumenda eſt ratio ad probandum, rem aliter ſe habere non poſſe.

Ad quartum. In vnoquoq; paroxyſmo humor, vtì diximus, agitatione attenuatur, et pars foràs mandatur, pars intro recepta, à natura gubernatur, ſed tamen relinquitur fomes, à quo ſucceſſiuè nouus ſemper gignitur humor, paroxyſmum denuo facturus.

Recipimus itaq; humorem flatulentum eſſe cauſam epilepſiæ, et tanto libentius, quanto Hippocratis hanc eſſe ſententiam cognoſcimus,

mus, quam ille ſcriptam reliquit libello de flatibus, *libello inquam ab aliquibus refutato, à nobis pro ſacroſancto habito. Attamen non recipimus ita fieri à flatibus, & vaporibus epilepſiam, vt non poſſit etiam fieri ab humore pituitoſo, aut melancholico cerebrum obſtruente, vel, vt melius dicam, ſemiobſtruente. Immo verò hoc vnum pro comperto haberi volumus, quod ſiuè fiat à tenui vapore, ſiuè à qualitate, ſeu ab humore craſſo, ſemper obſtructionem habere comitem. Videbitur forſan paradoxon, cùm obſtructionis cauſa, craſſi, lentiq; humores à Galeno conſtituantur. Cęterum ſi quis paulisper patienter legat, quæ mox ſubiungimus, iam ea, quæ dicta ſunt, non extra Galeni doctrinam excurriſſe fatebitur.*

In primis, ſi vapor, aut flatus, craſſus fuerit, non eſt dubium poſſe meatus occludere: id teſtatur voluulus, & colicus affectus, in quibus inteſtina flatibus repleta, exitum fe-

cibus non relinquunt 3. de cauſ. ſympt. c. 2. *Præterea poſt balneum, vel ſudorem laxatæ cuti ſlatus occurrens, obſtructionem efficit* 3. ſanit. tuend. cap. x. *Tandem vertigines, et ſcotomiæ, vaporibus à ventriculo delatis, & cerebri ſinus occupantibus contingunt* 5. locor. affector. cap. 6. *Alexand.* *etiam Trallianus* lib. 1. cap. 17. *in melancholicis, ait, qui ſanguine abundant, quamprimum eſſe ſanguinem exhauriendum, ne diu expectantes, vapores cerebri magis alterent, & ventriculos ipſius interiores obſtruant.*

Quod ſi flatus craſſi obſtruunt, non minùs obſtruere poſſunt & tenues, ea obſtructione, quæ ſufficiat, ad inducendam epilepſiam. quod vt intelligatur, aduertere oportet Galenum 3. ſanit. tuend. citato *differentiam conſtituere inter obſtructionem, & condenſationem, quam Græci miſin, hoc eſt, conniuentiam vocant: quia obſtructio* proprie *dicta ſemper fit ab humoribus craſſis, & viſcoſis,*

coſis, quæ ſua craſſitie meatus impediant, vi- ſciditate adhęreant. Condenſatio, quàm ego obſtruſtionem impropriè, Barbari (vt habemus apud Herculanum) vocant obſtructionẽ coarctatoriã, fit à cauſa, tùm aſtringente, tùm infrigidante. Igitur hęc coarctatoria obſtructio fieri poteſt, vel à qualitate, vel à vaporibus, dummodo habeant ſua acredine, & auſteritate, vim abſtringendi, frigiditate infrigidandi, vel venenoſitate offendendi, ita vt offenſa natura contrahatur. Atq; hæc venenoſitas eſt, quam Fernelius pro cauſa epilepſiæ attulit, quam vtinam voluiſſet non ſempiternam conſtituere, etenim quemadmodum pulcherrimè excogitata eſt, vt aliquando occultam, & nullis notis comprehenſam epilepſię cauſam, huic veneno attribuamus, ita nimis impropria eſt, quoties cauſas manifeſtas habemus.

Ad inſtitutum iter reuertentes, dicimus vapores tenues, aut qualitates nocuas, raro

poſſe omnimodam obſtructionem facere, atq; iccircò raró ex huiuſmodi cauſis accidit apoplexia, frequenter epilepſia. Et duntaxat ſiquis frigidiſſimo aëri ſe ſe expoſuerit, tunc cauſæ vehementia poterit totalem inducere meatuũ occluſionem, hinc apoplexia.

Iam igitur manet, facilè poſſe vaporibus, & flatibus meatus impediri, & occludi, ex quibus verò humoribus tales vapores eleuentur, quærendum eſt: & ex pituitoſis, ac melancholicis nemo ſanę mentis dubitabit; ex bile concedit Auicenna, nec non etiam Auerrous, qui ſe ex Galeni mente loqui putat, quippè Galenus Diodorum hieræ exhibitione curauit, hiera autem chologogum eſt medicamentum. Tamen non ita eſt: ſed quemadmodum bilis in pulmonibus potiùs peripneumonias, quàm aſthmata efficiet, ita in cerebro potiùs phrenitides, quàm epilepſias. Si verò 3. aph. 29. *inter morbos iuueniles, hic morbus numeratur, quæ ætas bile abundat, non immeritò Galenus*

id at-

id attribuit erroribus in victu, & viuendi ratione, qui tunc temporis fiunt, ex quibus cruditates. Accedit & authoritas Hippocratis libello de morbo ſacro, *qui bilioſis hunc morbum non contigere ait: non negauerim, hanc authoritatem per ſe ſolam parum valere, vtpote quæ ſit ex libro, qui Hippocrate indignus reputatur, in eo enim multa Hippocrate indigna continentur, vt quod epilepſia fiat in corde: tamen ſunt alia, quę bilem e numero cauſarum excludunt, nam præter facilitatem inflammandi, qua, vtì diximus,* potiùs *phrenitidem gignit, eſt etiam experimentum: nunquā enim hic morbus cum exuperantis cacochymię bilioſę ſignis apparet, neq; exeuntia vnquam talem humorem atteſtantur. Quapropter cum epilepſia, & apoplexia in cauſa conſentiant,* 2. aph. 45. & 4. acutor. 25. *reprehendendus venit Valleſius, qui ex omni humore apoplexiam fieri dixit.*

Nec Auerrois coniectura recipienda eſt,

qua exiſtimat ſe aſſecutum mentem Galeni. Nam quamuis Galenus per hieram Diodorum grãmaticum purgauit quod medicamentum cholagogum putat ipſe Auerrhous, tamen aliter ſe res habet: nam hiera medicamen phlegmagogum eſt, ideo lib. 1. local. cap. 2. *per hieram ſolam inſtituit purgationem in vitijs cappillorum, ſi pituitoſus humor exuperat, quod ſi atra bilis erit commixta, tunc veratrum hieræ admiſcet, ſi bilis flaua, ſcammonium. At dicet aliquis, hieram ex colochyntide, qua purgatus fuit Diodorus, eſſe aliam ab hiera ſimplice: atq; adeò licèt ſimplex pituitam educat, diacolochyntis bilem euacuat, cui reſpondemus, hieram ex colochyntide, hieram ſimplicem vocari ſolitam eſſe, vt conſtat ex* lib. 8. local. cap. 2. *& propterea* lib. quos & quando, *legimus; hieram diacolochyntidẽ, appellari hieram, hoc eſt, ſacram. Quod ſi mauis fuiſſe hieram ex aloe, hac vſus fuit ſemper Galenus in affectibus ventriculi*

4. de

4. de loc. affect. cap. 2. & prim. cap. 4.

Ex ſanguine poterit prouenire epilepſia, quandoquidem ab eodem apoplexia prouenit lib. de rat. curand. per ſang. miſſ. cap. 5. *& vterq; affectus in cauſa conuenit, vt ſupra dictum manet. Attamen rarò ab hoc humore, epilepticos videre contingit. Moderata enim ſanguinis copia, animali non eſt nocua, immoderata verò, interceptiones omnimodas, ac ſubinde apoplexias facit.*

Nè tamen aliquid huic cauſarum tractationi deſit, videndus eſt Ioſephus Quercetanus in ſuo tetrad. *vbi dogmaticis, ſpagyricos per ſummam vim in concordiam redigere conatus, multa ſuo more effingit. Nec verò magiſter, & anteſignanus eius Paracelſus vnquam viſus eſt velle cum Galenicis dogmaticis pacem inire. Atq; ita ad ſua quinq; entia, tanquam ad cauſas reducit morbum caducum. Eſt enim primum* Ens Dei, *cum ſcilicet à Deo optimo maximo propter vindictam ſcele-*

rum

rum morbus immittitur. *Secundum* Ens aſtrorum, *quoniam ab aſtris habemus, & amicos, & inimicos influxus, illos ſanitatis, hos ægritudinis authores.* *Tertium* Ens naturę, *quia hæc ſui compos, proſperam tuetur valetudinem, lapſa verò morbos accerſit.* *Quartum eſt* Ens veneni, *gignitur enim in corporibus noſtris deleteria aliqua materia, quæ ſi arſenicalis eſt, ſimiles arſenico producit effectus, ſi narcotica, opium imitatur, & ſic in reliquis.* *Vltimum* Ens ſpirituum, *per quod ſpiritalis ſubſtantia nos tuetur, aut deſtruit.*

Supponit deinde omnia, præter elementorum commiſtionem, mercurio, ſulphure, & ſale conſtare, ex horum concordia ſanitatem, ex diſcordia morbum oriri ait, ac proinde ex mercurio, ſulphure, & ſale, vi ignis à ſubſtantijs mineralibus extracto, tanquam à ſimilibus, non tanquam à contrarijs curari. *Ait igitur epilepſiam fieri ab Ente Dei, atq; ideò*

ideò morbus ſacer appellatur. Ab Ente ſpirituum, quia epileptici dæmone correpti meritò eſtimantur: vt qui viſi ſunt linguis, quas nunquam didicerunt locuti: hoc tamen, pace eius ſit dictũ, magis melancholicis, quàm epilepticis conuenit. Ab Ente veneni: ſiquidem cum nutriamur ex terra, quę in ſe venenorum miſtionem habet, varijs venenis nutrimur, ac proinde dantur vires napelli ſoporem inducentis, arſenici anxietudines producentis, & aliorum ſimilium. Ab Ente naturæ: quia vt Philoſophi naturales debemus conſiderare deſtructionem naturæ, ex qua accidit paroxyſmus, & ab Ente aſtrorum: quia morbus iſte meteorus eſt huius parui Mundi, correſpondens magni Mundi meteoris. Et quemadmodum in magno Mundo fiunt tonitrua à ſulphure, à ſale, & mercurio volatilibus redditis, & in nube incluſis, ita etiam in paruo Mundo ab his ipſis fit epilepſia, quæ æquiparatur tonitruis, & tempe-

ſtati-

ſtatibus. Quæ enim generatio eſt tonitrui, et tempeſtatis in Mundo maiori, eadem epilepſiæ in minori, inquit Crollius, & ſicut tempeſtas mutat, et labefactat animalem ſenſum, & intellectum, vt apparet in crocitatione gallorum gallinaceorum inuſitata, & inſuetô etiam cantu, clamoreq; aliarum auium, & beſtiarum, mordente inſuper muſcarum furore, ita & in epilepticis.

Hęc quaſi pulchrè dicta vnuſquiſq; accipiat, quorum veritatem examinare non eſt noſtrum. *Nam triplex genus hominum reperio in ſcientijs, vnum eorum, qui alicui ſectę ſunt addicti, adeò vt ab ea ne latum quidem vnguẽ diſcedere audiant. Hos damnat Galenus, & authorum ſeruos nominat, quorum pernicioſa eſt adhæſio: neq; enim locum ſinunt, vt diſputando veritatem indagare poſſimus. Alterum genus eorum, qui in principijs ſcientię conueniunt, diſſident tamen in concluſionibus, quæ ab his principijs dedu-*

deducuntur. Cum huiusmodi hominibus diſputare libet, ſiquidem liberè ſpeculantur, & artis principia à maioribus, immò à rei natura tradita obſeruantes, conſulunt intellectum, & quemadmodum, quod sibi magis placet, accipiunt, ita relinquunt alijs, ſuas tueri opiniones. In hoc exercitij genere, veritas aliquãdo inuenta eluceſcit, & ſcientia, opinantium libertate, (dummodo cum candore hoc fiat) amplior euadit. Tertium genus eſt eorum, qui neq; in primis quidem principijs, cum alijs conueniunt. Tales ſunt, qui ſe Hermetis prædicant diſcipulos, eos potiùs Paracelſi gregem appellabimus, quibus non adhuc communiſſimum illud axioma { contraria contrarijs curantur } *placere ~~potuit~~: contra huiuſmodi homines non eſſe diſputandum, prudentiſſimè nos admonet Ariſtoteles.*

Solu-

Solutio dubiorum, quæ ex prædictis emergere videntur. Cap. V.

PRocatarcticas cauſas conſultò relinquo, quemadmodum & plura alia, quæ apud authores rectè ſcripta reperiuntur. Nam cum diſceptationes ſcribam, diſceptandi ſolum occaſiones amplector, ſi quæ verò plana ſunt, ea fruſtra, & non ſinè lectoris tædio repeterem. Cęterum quia non omnibus potuimus ſuperiore ſermone exactè ſatisfacere, aliqua nunc enucleare erit operæ pretium.

Apoplexiam, & epilepſiam inter ſe differre non aliter, quàm ſecundùm magis, & minus videmur affirmaſſe, quandoquidem apoplexiam ex omnimoda, epilepſiam verò ex non perfecta obſtructione fieri diximus. Et ſanè ſi ad obſtructionem duntaxat reſpicimus,

vtriuſq;

vtriusq́; affectus eadem eſt cauſa, illius maior, huius verò minor. Si tamen ſymptomatum naturam conſideramus, ſatis diſſimilem eos habere ſpeciem reperiemus: ſiquidem apoplexia in genere functionis ablatæ, epilepſia in deprauatæ actionis genere reponitur, ſaltem quo ſpectat ad opus motricis facultatis: eſt etiā diuerſitas, quia apoplexia ſemper per eſſentiā fit in cerebro, epilepſia verò multoties per conſenſum. Quapropter non ſicut inter apoplexiam, & paralyſim ſimplex quo ad magis, & minus, differentia meritò ſtatuitur: quandoquidem paralyſis eſt partis, aut partium ablata actio, apoplexia totius. Sed epilepſia diuerſitatem potiùs naturæ arguit. Quòd ſi Galenus 2. aphor. 45. *morbum comitialem, proximum quodammodo apoplexię conſtituit, non ob ſolam obſtructionem, ſed quia idem locus in vtroq́: patitur, idem humor in cauſa eſt: hoc licèt aliquando ita eſſe concedamus, non tamen vt perpetuum admittimus. Et quamuis vniuer-*

uerſim loquendo, cerebrum vtriuſq; affectus eſt locus, tamen ſi rem magis peculiariter indagamus, dicemus, in apoplexia cerebri corpus vniuerſum occupari, ſimul cum ventriculis, in epilepſia non adeò, ſed potiùs materiam ferire inuolucrorum tunicas, atq; eas, quæ ſinuum parietes veſtiunt. Ratio eſt, quia concuſſio fit propter dolorem, qui in cerebro nullus datur, in eius autem membranis eximius.

Obijciet aliquis falsò, nos in epilepſia dolorem requirere, ſiquidem epilepticus potiùs inſenſibilitatem preſefert, quàm de dolore conqueratur. Reſpondeo ex aphoriſmo dolorem quidem adeſſe, nec ſentiri: quia mens egrotat: etenim ſimulac inuadit dolor, inuadit & inſenſibilitas, propter phantaſiæ ſedem occupatam. Sed inſtabit adhuc, ſi dolorem non ſentit, quomodo præ dolore concutitur? Dicam etiam ſine phantaſia inſtinctu quodam naturæ, animal doloris effugium querere. Sic diximus euenire conchylijs, quibus phantasia

nulla

nulla præeſt, & tamen ſi pungantur contrahuntur, & nos ſi digitum imprudentes igni admouimus, manu, velimus, nolimuſue, excutimus.

Verùm quidem eſt tàm apoplexiam, quàm epilepſiam, pertinere etiam ad partes inſtrumentales, ſiquidem morbus, ad quem vtrumq; ſymptoma ſequitur, eſt morbus in via. Et hinc oritur altera difficultas: nam diximus epilepſiam fieri poſſe à nuda qualitate, at morbus, qui à ſolo pendet intemperamento, ſimilarium, non verò inſtrumentalium eſt morbus. Occurrendum eſt hoc modo. Licèt epilepſia à nuda pendeat aliquando qualitate, id ita accipi debet, vt qualitas nuda per ſe ſolam non efficiat epilepticos caſus, ſed ſi adeò increſcat, vt meatus contrahendo, ſemiobſtructionem efficiat.

Putàrunt aliqui, ex eo, quod epilepſia fiat à minore obſtructione, apoplexia à maiori, ſem per apoplexiam ab epilepſia debere incipere:

neceſſariò enim ad finem tendentes, per medium tranſire oportet. Veruntamen ita ſubitò apopleticum malum ingruit, vt principio carere, videatur Galeno lib. de optim. ſect. *quia nempè ſtatim ad ſummum accedit vigorem.*

Porrò quemadmodum ab apoplexia differt morbus comitialis, ità alteri morbo, qui ephialtes, ſeù incubus appellatur, eſt maximè vicinus, ita vt ab hoc per magis, & minùs differre fatear. Nam nihil aliud eſt ephialtes, quàm parua quędam epilepſia: ſiquidem pro maiore, vel minore cauſa: epilepſia etiam vigilantes opprimit, ephialtes non niſi dormientes, qui ſola expergefactione liberantur. Itaq; rectiſſimè dictum eſt ab authore lib. de vtilitate reſpirationis, *inter ſpurios numerati, ephialtem ſi diù duret, in epilepſiam tranſire. Quare Fernelius, incubus, ait, epilepſiæ, & apoplexiæ affinis eſt, in quas, ſi ductius perſiſtit, ſæpè degenerat. Cauſa ephialtes ſemper*

eſt

eſt flatus: aliter enim, non ita facilè diſcuteretur, cauſa epilepſię, flatus eſt multoties, nō verò ſemper, locus affectus in vtroq́; eſt cerebrum, quicquid alij ſomnient: nam licèt reſpiratio ſit impedita in hoc affectu, non ideò in thoracis muſculis cauſam eſſe putandum eſt, vt Hollerius, & Rondeletius falsò putârunt, etenim in apoplexia, quæ cerebri eſt, reſpiratio maximè laborat, neq́; ſoli muſculi thoracis reſpirationi inſeruiunt. Meliùs Fernelius cauſam eſſe ait, craſſiorem pituitam, aut melancholiam, non in cerebro, ſed circum pręcordia inhæreſcentem, qua per crapulam, & cruditatem inturgeſcente, diaphragma, pulmoneſq; præmuntur, craſſo autem vapore illinc in fauces, & cerebrum expirato, vox ſupprimitur, ſenſus, atq; mens obturbatur, viſiſq́; triſtibus offenditur. Hæc ille, qui ſemper hoc malum per conſenſum à præcordijs oriri velle videtur. Nihilominùs tamen multoties, nullo aliunde communicato vapore, attenuata,

per calorem in ſomno ad interiora recurrentē, pituita, poterit flatus, cerebri ventriculos opplere. Atq; huiuſmodi flatus, ſi aſſiduè remeet, debilitat cerebrum, & humores conuocat; quapropter periculum imminet maioris mali. Illud tamen aduertendū eſt, diuerſitatē adhùc eſſe in læſione functionū, inter ephialtē et epilepſiā: nam in ephialte, deprauatus eſt ſenſus, cum in eo cōtingant imaginationes vanæ, & ludicra phantaſmata. Motus verò ferè deperditus cum patiens nunc à gigāte, nunc à turre, nunc aliter oppreſſus eſſe imaginans, vix moueri queat: è contrario, in epilepſia deprauatus eſt motus, ablatus verò ſenſus.

Vertigo ſimiliter, & epilepſiæ, & apoplexiæ eſt prænuntia, quæ ſimiliter, & per ſympathiam, & per idiopathiam in cerebro fit. Vnde quicumq; ab epilepſia præſeruari cupit, à vertigine præſeruetur: quapropter iure optimo Galenus in documento de puero epileptico (quod aliquando in celeberrimo collegio ci-

taui, & mihi per ſummum nefas, à Ioanne Thoma Minadoo; tanquam ſpurium non fuit admiſſum, cum tamen à grauiſſimis authoribus citetur) Galenus inquam puerum præſeruare ab epilepticis inuaſionibus intendens, cum à vertiginis occaſionibus arcet; vt ſunt rotarum obuolutiones, coruſcationes; & tonitrua, & alia huius cenſus.

Vide in calce huius Diſceptationis, catalogum Authorũ qui libr. Gal. de puero epileptico, tanquam legitimũ recipiũt a Franc. Auctor. filio inſertum.

*Atq; hæc ſunt, quæ in hoc affectu controuerſa videbantur. Nam in curatione tempore paroxyſmi, omnes eodem modo huic malo occurrunt; extra paroxyſmum, ſua eſt methodus generalis, in qua conueniunt omnes. In ratione cibandi, duo poſſent eſſe controuerſa, quæ tamen facilè diluuntur: primum, an cum Galeno in precitato do*cumento*, cœna debeat eſſe copioſior prandio, à qua difficultate ſe Valleſius liberat; addititiam eſſe cenſens ſenten-*

tiam

tiam illam, nec Galeno dignam, ſed tranſcribentium vitio inductam. Tamen cum epilepſia, vt plurimum diurno tempore ſoleat inuadere, (in quo deceptus fuiſſe videtur Ariſtoteles, qui vt ſomno ſimilem oſtenderet epilepſiam, eam noctù magis, quàm interdiù patientes affligere dixit) poſſumus dicere in iis diebus, in quibus futurus paroxyſmus timetur, prandium oportere eße parciſſimum, ac proinde ſiquis frequenter ab epileptico paroxiſmo, diurnis horis aprehendatur, nocturnæ magis cibationi attendere debet, aliàs ſemper Auicennæ conſilium præponendum, qui duas cibi partes in prandio, tertiam duntaxat in cæna aſſumi iubet.

De apio controuertunt authores: ſiquidem Galenus illius vſum ſuo puæro epileptico admittit, Auicenna negat cum Alexandro. Multi hanc litem componunt concedentes apium domeſticum, quod petroſelinum appellatur, aliud verò prohibentes. Verùm in hac ancipite

de apij viribus opinione, quid meliùs, quàm ab omni eius ſpecie abſtinere? cum nulla nos cogat neceſſitas non tranſigere epileptici victũ abſq; apio.

Amuleta multa ſunt, nonnulla quidem ridicula, omnia tamen ſat occulto modo, ſi operantur, operantia: eorum multitudo, difficultatem huius mali, & difficilem curationẽ oſtendit. Siquidem, cum ea, quæ ratio nos docuit, non iuuant, ad quælibet ſine delectu recurrere licet, hoc per me vnicuiq; liceat, dummodo nemo me cogat, rationem quærere, vbi ratio perdidit locum.

Authores qui citant libellum Galeni de puero epileptico.

AMatus Luſitanus cent. 4. curat. 22. pa. 452
Andreas Turinus de prandio, & cæna. pag. 309.
Baptiſta Codronchius lib. de ſale abſinthij. p. 283

Capi-

Capiuaccius de affectib. capit. lib. 1. cap. 16.
Caſtellus Luſitanus, de morb. pector. in tract. de ſyncop. 3. difficult.
Caſtellus Romanus. de abuſu phlebotom. pag. 23 iuxta medium.
Cæſalpinus Artis Medicæ lib. 5. cap. 30.
Claudinus de ingreſſu ad infirmos lib. 2. cap. 6. p. 75. idem, tractatu de catarrho. p. 38. col. 2.
Coſtæus annotat. in Auic. cap. 11. de epilepſia lib. 3. fen. 1. tr. 5.
Euſtachius Rudius, in Art. medica lib. 1 cap. 9.
Epiphanius Ferdinandus Hiſtor. Medic. hiſt. 11 pag. 30. col. 1.
Ferdinandus Cardoſus de ſex reb. non naturalibus. cap. 4. q. 5. fol. 36.
Ferdinandus Mena in lib. de ſang. miſſ. cap. 5. fol. 43.
Fabritius Paduanus lib. de ventis. pag. 89.
Gabucinus de morb. comit. lib. 3.
Heurnius de morb. capit. c. 22. de epilepſia, pag. 172. col. 2.
Hieronymus Nunius Ramirez, in Gal. de ſang. miſſ. pag. 103.
Hieronymus Rub. annot. in Corn. Celſ. lib. 3. c. 23. de com. morb. pag. 161.

Horat.

Horat. Augenius epiſt. & Conſult.medic.tom.2. fol. 108.

Hollerius de morb. internis .pag. 125.

Iacchinus in nonum Rhazis cap. 14. *de epilepſia pag.* 174.

Iaſon Pratenſis de cerebri morbis, cap. 23.

Iulius Alexandrinus in conſil.Gal.pro Puero epileptico annot.

*Ioannes Baptiſta Siluatic. in ſuis contr.cont.*89. *num.* 405. *& cont.* 90. *nu.* 407.

Lacuna, conſil. pro Puero epileptico in ſua epitome ſcripſit, in qua non niſi genuinos Gal. libros ſcribit.

Mercatus, de virginum, & viduarum affect. de vteri morb. lib. 2. *c.* 5.

Maſſaria, de affect. capit. lib. 1. *cap.* 19.

Montanus, in ſuis conſult. conſil. 44. 45. 51. *idem centur.* 3. *conſult.* 57. *pro Puella epileptica,*

Mercurialis, Pract. lib. 1. *cap.* 26.
idem de morb. Puer. lib. 2.
idem, in epiſtola ad Medicinæ ſtudioſos de Gal. libris.

Montuus, Anaſceues morbor. lib. 1. *c.* 15. *de epilepſia.*

Marinellus, de morbis nobilioribus. lib. 1. cap. 16 pag. 92. in fine.

Idem, in eodem opere, lib. 1. pag. 94. 95.

Marcus Ant. Zimara, in Antro magico, pars 2. lib. 2. ſect. 1. pa. 285.

Manclfi, diſputat. in primum probl. Ariſt. ſect pag. 342.

Nobilis Socius, de temporibus, & mod. rectè purgandi in morb. ſect. 3. p. 180.

Oddus de Oddis, de cœna, & prandio. lib. 2. c. 5. c. 6.

Proſperus Alpinus, de præſagiend. Vit. & Mort. ægrot. lib. 3. c. 7.

Rondeletius, Meth. Curand. Morb. c. 36.

Idem, in ſua Hiſtor. de piſcib. lib. 12. c. 9. de turpedine

Idem, de Piſcibus, lib. 12. c. 19. p. 371.

Rorarius, contradict. medicar. contrad. Gal. 48.

Raby Moiſes Ægypt. ſect. 24. aphor. 15. & ſect. 8. aph. 12.

Rodericus à Caſtro, de Morb. Mul. Part. 2. lib. 2. c. 1. in Schol. p. 173.

Saxonia, Praxis, lib. 1. c. 11.

Serna, de rectè ac dogmaticè medendi vera method. l. 4. p. 305.

Thom.

Thom. Roder. à Veyga manuſcript. in 9. ad alm. c. de epilep. p. 95.

Tranconius, de Peſte, lib. 3. c. 3.

Valleſius, in Hipp. aph. ſect. 2. aph. 45. in comm. idem, in ſuis controuerſijs lib. 6. c. 7. de cœn, & prand.

Vega, Art. medic. lib. 3. c. 12. de morb. comit.

Venuſtus, de conſilijs medicis, conſil. de vino, & conſ. pro Ioan. Heluetio.

ISTITUTO DI ST